IVRA
DVCIS BRACCIANI

CONTRA

D. Mariam Felicem Perettam Ducissam Aritiæ.

Commissarius
Reg. Conf. Andreas Prouenzalis.



VAMVIS CAVSA hæc Ducis Bracciani rerum, ac personarum qualitate sit grauis, tantam nihilominus in se claritatem habet ex pacto sollemnis, & amplissimæ renunciationis in indiuiduo præsentis casus stipulatæ, vt ex solo facto ad eiusdem Ducis fauorem facilè decidi posset per exclusionem D. D. Mariç Felicis Ducissæ Ariciæ, quæ, quo tempore nupsit, expressè renunciauit successionem, licèt D. Princeps Perettus eius pater ab intestato sinè filijs moreretur, vt euenit, sed, vt pęnitus partis aduersæ motiua parum ad rem pertinentia refellam, ac eruditissimi DD. iudicantes facillimam iuris resolutionem habeant, qua ad oculum demonstretur D. Ducissæ nullum legitimum ius competere, breuiter quantum potero; sed solidè, vt spero, infrascripta de iure fundabo. 1 Præsens cõtrouersia ex solo facto potest decidi ad fauorem Ducis Bracciani.

TRES sunt præsentis causæ inspectiones principales. Prima fundatam actionem, & intentionem Ducis tam in petitorio, quam in possessorio iudicio tractabit. Secunda exclusionem D. Ducissæ, eiusdemque iniustitiam manifestissimã, & in petitorio, & in possessorio iudicio probabit. Tertia confutationem principalium obiectionum partis aduersæ continebit. 2 Diuiditur tota disputatio in tribus inspectionibus prima cõtinet inclusionem Ducis. 2 exclusionem Ducissæ. 3. cõfutationem obiectorũ.

Prima inspectio.

AD PRIMAM inspectionem deueniendo, fundamentum intentionis Ducis in petitorio iudicio residet in duobus. PRIMO IN EXCLVSIONE D. Ducissæ, quæ proprio suo facto renunciationis tot iuramentis roboratę se exclusit: quam exclusionem hic pro nunc certissimam, & indubitatam præsupponimus, sed illam latissimè fundabimus in secundo principali articulo. 3 In petitorio duo sũt fundamenta Ducis.

SECVNDO IN VOCATIONE inuestituræ eiusdem Ducis, qui stante notoria exclusione D. Ducissæ, ad possessionem, & successionem feudorum Domini Principis Peretti Auunculi aperto iure vocatur.

IN EXCLVSIONE D. Ducissæ fundata est intentio Ducis, quia DD. tradiderunt intentionem fundatam circa successionem, agnatos habere ex instrumento renunciationis filię, sic in puncto scribunt *Cephal. cons. 467. num. 30. volum. 4. Carol. Ant. Pute. cons. vnico post consilia Sforz. Oddi num. 27.* ibi, *renunciatio autem iurata agnato-* 4 Primũ fundamentum est exclusio Ducissę, & instrumẽtũ renũciationis fundat intẽtionem Ducis.

 rum

rum intentionem fundat Crauett. conf. 14. num. 1. ibi, *quia intentio est fundata per instrumenta quietationum*, idque confirmatur duplici ratione.

5 PRIMO, quoniam exclusio proueniens à renunciatione facit taliter renunciantem amittere ius suum in casu in ea expressè contemplato, vt amplius ad renunciata regressum habere non possit ex dispositione IVRIS CANONICI *in capitulo quamuis pactum de pactis in sexto*, IVRIS CIVILIS *in l. quaeritur 64. §. venditor ff. de edelit. edict.* & IVRIS FEVDALIS *in cap. 1. §. praeterea, ibi, nullo modo ad eum repetendum regreßum habet quib. mod. feud. amitt. & in cap. 1. §. si quis decesserit vers. Titius;* ibi, *omninò remouebitur si de feu. defunc. fuer. controuer. in tit. dom. & agnat. Bal. in cap. 1. num. 2. vbi etiam Aluarot. in §. ex hoc num. 2. de feud. fem.* alias *de benef. fem. Crauett. conf. 24. num. 4. Paris. conf. 26. num. 1. cum seq. vol. 3. Menoch. conf. 401. nu. 100. vol. 5. Peregr. conf. 8. nu. 20. vol. 1.*

Renuncians omni iure prohibetur habere regressum ad bona renunciata.

6 *Renunciatio* enim tantum operatur, quantum carentia iuris ab initio, *Bald. in l. si mihi 20. num. 2. ff. de seruit. rust. pred. Balzar. in cap. 1. nu. 15 de eo, qui fec. fin. agnat. Caesar. manent. conf. 43. nu. 56. vol. 1.*

7 *Maximè* quando adest pactum de non petendo, quo paciscens obligatur naturaliter non petere, *Castr. in l. si vnus 28. §. pactus ne peteret num. 5. ff. de pactis Graff. de except. except. 35, nu. 1. & 3.* & in puncto renunciantis hoc pacto, alios referens. *Paulus Gallar. de renunciat. lib. 1. cap. 5. num. 11.* & taliter perimit ipso iure actionem *Graff. dicta except. 35. num. 1.* vt nec agendo, nec excipiendo possit audiri *Petrus Caball. conf. decis. ciuili 86. num. 22. par. 2.* & agendo obstat ei exceptio intentionis, & facti *Bar. in l. Iulianus 60. num. 13. & 14. ff. de condit. indeb. Graff. dicto tract. except. 26. num. 10. & 14.* idque etiam parte nō opponente, à Iudice suppleri potest, *Surd. conf. 186. num. 26. vol. 2. Graff. dicta except. 26. num. 8.* Impedit enim litis ingressum, vt post *Bart. scribit Asin. in praxi §. 13. cap. 9. num. 21.*

Secundo, quia exclusio personae, quae ad successionem poterat ius ha-
8 bere facit locum alijs successoribus, *arg. l. 2. §. sed si sint ff. ad senat. Conf. Tertilli. l. pater filium 14. l. si quis 31. ff. de inoff. testam. Hartaman. Pistor. obseruat. 170. num. 6. Morot. resp. 7. num. 13. Dom. Reg. Rouitus in pragm. 26. de feud. num. 12.* & in specie, quando filij non succedūt in feudo, vel quia nolunt, vel quia aliter non possunt, quod agnati, Collaterales ad successionem admittantur voluit *Schrad.* cum alijs à se citatis *de feud. tom. 1. p. 7. c. 7. nu. 27.* & sic vnius exclusio, alterius inclusio est *l. cum praetor 12. ff. de iudit.* cum cōcordantibus per eundem,

Exclusio Ducissae est inclusio Ducis.

dem, *Schrad.tom.2.par.10.ſect.5.num.210. Menoch.conſ.216.nu.22. & ſeq. vol.3.*

SECVNDO PRINCIPALITER fundatur intentio Ducis in vocatione inueſtituræ, quia dempta per renunciationem D. Duciſſa, immediatè vocatur Dux claro, & aperto iure, ne dum in ſtatu Celani, & Baronia Piſcinæ tanquam deſcendens à quondam Domina D. Camilla Peretta eius pro auia prima inueſtita, & acquirente dictorum feudorum per intermedias perſonas D. Mariæ Felicis Perettæ Auiæ, & D. Flauiæ Perettæ matris, vt coniunctus tertio gradu tanquam filius primogenitus ex ſorore primogenita Principis Peretti, certum eſt enim Collaterales deſcendentes à primo acquirente ſuccedere ab inteſtato in feudis in infinitum, vt latiſsimè probant *ex cap.1.de nat.ſucceſſ.feudi*, & alijs iuribus concordantibus *Schrad.de feud.par.7.cap.7.nu.8. Hartaman.Piſtor.lib.2.q.19.num.26.per totum 40. Roſental.tom.1.de feud.cap.7.concluſ.56.num.1. & 2.cum ſeqq. & concluſ.58.num.1. & 2.* quos ſequitur nouiſsimè [redacted] *D. Cacacius præſtantiſſimus Regij patrimonij Fiſci patronus in ſua allegatione impreſſa per D. Fuluium Lanar. in addict.ad repetitionem Regentis Lanar.in cap.1.de ſucceſſ.feud.nu.20.* 9 Secundum fundamentum eſt vocatio inueſtituræ. Tam in ſtatu Celani, Baronia Piſcinæ.

Sed etiam in Principatu Venafri nouiter empto à dicto Principe Peretto tanquam vocatus à lege Regni admittente nepotem tranſuerſalem ad ſucceſsionem feudi noui non obſtante clauſula inueſtituræ ex corpore deſcendentes, vocantis, vt per *pragm.24.& 27.de feudis* aduertunt *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de refut.feud.nu.23. Conſ.Anna conſ.125.num.12.ad 16. & num.24.verſ.& ob id, Conſ. Georg.alleg.21.num.68.Preſid.Mormil.in conſt.Regni in aliquibus n.2* dicens *quod hoc iure vtimur*, & nouiſsimè *D. Lanar.in addit.ad cap.1.de ſucceſſ.feud.nu.1.* quæ vocatio nepotis tranſuerſalis ſecundum dictas pragmaticas fuit ampliata, & declarata procedere etiam in ſucceſsione exterorum poſsidentium feuda in Regno, vt notat *Dom. Reg. Rouit.in d.prag.24.nu.1.* itaque ſtante tam dicta declaratione, quam iuris communis clara diſpoſitione, indubitati iuris eſt Dominum Ducem eſſe vocatum, & poſſe ſuccedere ex latiſsimè ſcriptis *ab Alex.in terminis conſ.111.per totum vol.7.* vbi *Pariſien. in addit.dicit, ita, fuiſſe iudicatum, & eſſe indubitatum*, & poſt multos *Doctor Marta in ſumm.ſucceſſ.par.1.q.13.art.12.n.30.per totum 37.* vbi *de receptiſſima opinione teſtatur*; vltra quod Dux eſt etiam notoriè eques Neapolitanus de Sedili Capuanę, cuius priuilegijs, & prærogatiuis gaudet tota Excellentiſsima domus Bracciani. 10 Quam in ſtatu Principatus Venafri. 11

AD

12 In possesso rio iudicio Dux triplici vtitur remedio.

AD OBTINENDVM autem in currenti iudicio possessorio, Dux triplici remedio vtitur. Primum vocationis inuestituræ, quæ non minorem vim, & virtutem habet pro obtinenda immissione, quam testamentum, iuxta terminos *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vt in puncto scripserunt *Lud. Molin. de primogen. Hisp. lib. 3. cap. 13. num. 43. Caualcan. decis. 36. num. 45 2. p. 2. Argel. de acquiren. poss. q. 4. art. 7. per totum, ac de legitimo contradictore q. 19. nu. 33. & D. Reg.* Tapia *decis. S. C.* [illegible] *1. nu. 22. in fin.*

Primũ vocationis, & cõprehensionis inuestituræ.

13 Personę cõtemplatæ habentur pro expressis & nominatis.

Ex quorum dictis id locum sibi vindicat non solum in vocatis expresse, sed etiam in comprehensis virtualiter, tacitè, & per coniecturas inuestituræ, ac maioratus vt præter *Bal. Ias. Dec. Felin.* Tiraquell. *Suarez, & Bellon.* pluries in praxi receptum fuisse testatur *idẽ Molin. loco citato*, & sequitur *D. Rouit. cons. 4. nu. 3. vol. 1.* Personæ enim contemplatæ habentur pro expressis, & nominatis *Iacob. de Sancto Georg. de feud. in cap. & vnus ex dictis vassallis nu. 6. Peregrin. de fideicom. art. 21. num. 34. Mantic. de tacit. conuent. lib. 23. tit 31. nu. 10. cum seqq.*

14 Secundum vtile interdictũ quorum bonorum.

SECVNDVM EST VTILE interdictũ, *Quorũ bonorũ*, quod datur pro adipiscenda possessione succedentibus ab intestato de iure ciuili, & ad auocandam indebitam, & iniustam possessionem iniustè posidentium *l. 2. C. quorum bonorum Argel. de acquir. possess. quæst. 4 art. 1. num. 61. cum seqq.* idque etiam in feudis locum habere, *ex Dec. Roland. & Beroo* scribit *Menoch. de adipiscend. remed. 1. num. 44.*

15 Tertiũ iudicis officium.

TERTIVM EST IVDICIS OFFICIVM, quod ad sibi præstandam immissionem successor in feudis ab intestato implorare potest, illud enim pro consequenda possessione, non tantum suis hæredibus, conceditur, sed etiam alijs ab intestato succedentibus, vt benè declarat *Argil. de acquir. possess. quæst. 4. art. 1. num. 52. cum seqq. & num. 55.* vbi, quod detur nepoti in successione Patrui ab intestato, & in materia feudali *Bal. in cap. 1. vbi etiam Præpos. de controuers. inter masc. & fem. Rosental. de feudis tom. 1. cap. 7. conclus. 8. num. 3. & conclus. 50. Rol. cons. 1. num. 59. vol. 1. Argil. d. quæst. 4. art. 7. in fine, Pereg. de fideicomm. art. 48. nu. 2. & 3.* quæ remedia possessoria, summa ratione nituntur, quia conuenit omnimodo subuenire succedenti ab intestato, vt possessionem bonorum habeat, præsertim in præsenti, vbi Dux solidum habet fundamentum compræhensionis, & vocationis inuestituræ ex iure communi, & legibus Regni apertissimum, vt dictum est.

Ratio quare Duci cõpetant dicta remedia.

Nec his aduersatur iniusta possessio imò verius intrusio, & præoccupatio

patio

patio D.Ducissæ, quam vti vitiosam, iniustam, & attentatam nil ei prodesse, nec ad sui tuitionem, nec ad Ducis impedimentum inferius suo loco clarissimè fundabimus.

Secunda inspectio.

AD SECVNDAM AVTEM INSPECTIONEM deueniendo, vbi est scopus præsentis controuersiæ, & continet totalem, ac omnimodam exclusionem Ducissæ, eiusque notoriā iniustitiam tam in petitorio, quam in possessorio iudicio, ex facti notorietate, & iuris euidentia in promptu dicimus, quod circa petitorium manifestissima est iniustitia Ducissæ, quia si renunciauit cum pactis expressis, modo, vt sequitur, ex sola instrumenti huius tàm benè ordinatæ renunciationis lectura patet omnibus, eidem nullum omninò ius successionis ab intestato competere in præsenti euentu mortis Principis sine filijs. Qui expresso particulari pacto contrahentium tempore contractus præuisus, adhuc contra Ducissam renunciantem, ipsiusmet consensu, & voluntate decisus fuit, vt penitus sit exclusa. Quanquam igitur pars fingat, & præsumat multa, quæ verè non faciunt ad casum, pactum hoc particulare negare non poterit, vt notorium facti permanentis constās ex instrumento, cuius modus, forma, & pacta sunt hæc, videlicet. 16

Exclusio; & iniustitia Ducissæ in petitorio, est notoria in continenti, & in promptu.

Ex euidentia facti.

,, SPONTE, &c. omni meliori modo, &c. irreuocabiliter inter 17
,, viuos, etiam cū *sollemni iuramento tactis, &c.* donauit, renunciauit,
,, refutauit, *& per pactū de non petendo, & non succedendo,* cessit, concessit,
,, transtulit, iure proprio, & in perpetuum pro se, suisque filijs de-
,, scendentibus, & hæredib[illegible]ac successoribus quibuscumque *Do-*
,, *mino Principi præsenti, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque*
,, omnem, & quamcumque paternam successionem, quæ ipsi Do-
,, minæ Mariæ peruenire, & competere posset, tàm in præsenti, quā
,, in futurum, *tam ex testamento, quam ab in testato,* omne ius, omnē-
,, que actionem, quam habet, vel in futurum habere sperat, *ex qui-*
,, *busuis causis tàm præsentibus, quam futuris,* in & super omnibus bonis,
,, quibuscumque, Terris, Castris, Ciuitatibus existentibus in Regno
,, Neapolitano, & alijs bonis allodialibus, & iurisdictionibus feuda-
,, libus, burgensaticis, & quocumque titulo acquisitis, & acquirēdis,
,, *& omnem inuestituram etiam ex pacto, & prouidentia,* Et quod *supra-*
,, *dictæ* renunciationes, & donationes *vt supra* factæ, *omnes* sint, & es-
,, se debeant *Reales,* & effectum habeant ad fauorem etiam *successo-*

Per expressa, & ampla verba renunciationis hic relata.

Et per pactum particulare va litura renũciationis, vt Ducissa succedere non possit, etiã in casu mortis Principis sine filijs ab intestato.

,, *rum particularium*, adeò vt *nunquam* prætendi posit, quod per mortem Principis *absque descendentibus* sint expiratæ, vel factæ *contemplatione familia, & agnationis*, sed *semper* effectum habeant, *in omnẽ casum, vt reales*, & omni alio meliori modo, &c. Et *ad dicta bona renunciata nunquam* habere regressum, nec in toto, nec in parte, *ex quauis causa*, etiam *non cogitata, & nouiter superueniente, etiam rebus mutatis, cuiusuis morte, & aliter* quam *nunc se habentibus*. Et *medio iuramento* tactis, &c. promisit inuiolabiliter adimplere, & obseruare, &c. *absolutionem à iuramento non petere sub pœna periurij, & infamia*. Reseruans sibi vltra dotem, & mobilia *tãtummodo scuta 30. m. in casu mortis* Principis, *& D. Francisci sine filijs legitimis, & naturalibus masculis*, quia sic sibi placuit, & placet, &c.

18 Pactum de non petendo, clausula pro hæredibus quibuscumq; renuntiatio omnis iuris faciunt renunciationem realẽ.

Ex quibus, quod hæc renunciatio sit realis, & realissima, & habeat virtutem semper excludendi Ducissam, etiam cessante persona, cuius fauore renunciatum præsumeretur, probant verba, pacta, & clausulæ in ea adiectæ, vt *pactum de non petendo, & de non succedendo* cõtinens, omnis futuri iuris abdicationem, & extinctionem, *Renunciationis iuris*, quod habet, vel in futurum habere sperat, *etiam ex futuris, & nouis causis, clausula pro hæredibus, & successoribus quibuscumq;* de quibus, & alijs latè habetur apud *D. Rouit. cons. 42. per totum, & cons. 46. num. 27. & 28. vol. 1. Minad. cons. 22. num. 3. & seq. Marta par. 1. sum. succession. legal. q. 14. art. 1. num. 8. cum seqq. Ricc. collectan.* 1771. *Menoch. cons. 335. ferè per totum, & Sforz. Odd. de fideicomm. Result. ex §. duo fratres q. 11. nu. 108. cum seqq.*

19 Item clausula sponte cęterata reseruatio scutorũ 30 m. receptio portionis hæreditatis paternæ, cõtemplatio successorũ particularium.

Quibus, & alijs ab istis ponderatis addi possunt clausulà SPONTE cęterata continens dictionem *liberè*, quæ facit dispositionem realem *Ruin. cons. 1. nu. 21. & seq. vol. 1. Ma*[illegible]*var. resolut. lib. 2. cap. 59.* COGITATIO successionis, & RESERVATIO tantum scutorũ 30. m. in casu mortis Patris, & fratris sine filijs masculis *Morot. respons. 83. nu. 13. Cæsar manent cons. 43. num. 55. & seqq. volum. 1.* Receptio portionis hæreditatis paternæ, *Peregr. de fideicom. art. 52. num. 74. vers. item renunciatio Reg. Rouit. cons. 43. num. 9. volum. 1.* CONTEMPLATIO successorum particularium *Rota Rom. decis. 664. n. 1. in fine part. 1. collect. à Farinac.* & deniq; DECLARATIO

20 Nec nõ declaratio renuntiantis, quod renũtiationes sint reales.

quod renunciationes omnes sint, & esse debeant reales, & obseruentur, vt reales, *semper & omni casu* voluntas enim renunciantis omninò attendi debet in renunciationibus, vt admonentes ius dicentes de his controuersijs scribunt *Couar. in cap. quamuis pactum par. 3. §. 3. nu. 4. Molin. Iesuit. de iust. & iure disput. 579. num. 19. Sanchez*

chez lib.2.decalog.cap.7.num.18. & 19. Surdus conſ.431 Cæſar Manent.deciſ.6.nu.25. Molfeſ.d.tit.de renunc.q.3.nu.7. maximè quando de voluntate conſtat per modum declarationis, quę efficit vt cõtenta in declaratione ſint de forma renunciationis *Gallarat. de renunc.lib.1.cap.4.num.5. & 6.* & benè confirmat *Roſental.de feud.cap.2.concluſ.20.nu.4.* & *Balzar.in cap.1.num.13. verſ. qua ſtante de eo, qui fin.fec.agnat.*

Contenta in declaratione renũtiantis ſunt forma renũtiationis.

Nec obſtat text. in d.cap.1. *de eo qui finè fecit agnato* ex aduerſo ponderatus, decidens quod in feudalibus non datur refutatio realis, niſi fiat omnino, & in manibus domini, vt alium de nouo inueſtiat. 21

Tex.in c.1. de eo qui fin.fec.agn. loquitur de feudis ex pacto, et prouidentia, & nos agimus de feudis hæreditarijs.

Primò, quoniam hic tex.loquitur de feudis ex pacto, & prouidentia, *Ioannes Vinc.de Anna in cap.1.num.353.de vaſſall.decrep.ætat.* & hic agitur de feudis hęreditarijs, *Vinc.de Franch.deciſ.387.num.5. Reg. Rouit.prag.4.de feud.num.95.* quæ ſi accedente regio aſſenſu æquiparantur bonis allodialibus, *Frecc.de ſubfeud. lib.3. tit.de differ. int. feud.ex pacto, & feud hæred.differentia 6.in fin. & diff.33.in princ.Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.6.de Aſſenſ. Regis ſuper dot. in princip. nu.25.* ſequitur, vt quæ probant realitatem in allodialibus, procedant quoque in feudalibus hæreditariæ qualitatis tanto magis quia in his non cadit refutatio perſonalis, ſed tantum vera, & realis alienatio, & renunciatio, quæ omnino, & perpetuo renunciantem excludit, *Conſil. Georg.alleg.17.num.18. & ſub num.29. verſ. ſed facilis eſt reſponſio, ac Franc.Niger.contr.for.lib.4.controu.4.nu.33. & 34.*

In quibus nõ cadit refutatio perſonalis, **ſed tantum realis.**

Secundo, quia hæc renunciatio fuit facta *in omnem caſum*, quæ clauſula idem importat, quod dictio *omnino*, vis enim excluſionis conſiſtit in illo verbo *omnis*, cuius natura eſt, omnem caſum includere, quoniam, vt dixit *Iſern.in d.cap.1.qui omne dicit, nihil excludit*, & in puncto quod dictio *omnino*, exponatur in *omnem caſum*, & e contra ſcribunt *Roſental.de feud.tom.1.cap.2. concluſ.20.lit.B.* vbi *dicitur tunc videri omnino refutare cum in omnem caſum quo ipſe iam, vel in futurum in iſto feudo ſuccedere poſſit refutat Balzar.an.in d.cap.1. num.10.de eo qui fin.fec.agnat.* exponens *omnino* ideſt *in omnem cauſam, & caſum qui ſuccedere, & euenire poſſet. Curt.ſen.conſ.49.nu.80. verſ. confirmo præmiſſa, & num.81.* exponens dictionem *omnino*, ideſt *generaliter in omni caſu, Loffred.in cap.1.de natur.ſucceſſ.feud.col.3.* aſſerens *renuntiationem eſſe factam omnino, quando fuit facta per verba extenſiua ſignificantia omnem caſum, & in conſ.11.num.25.* exponit *omnino* ideſt *in omnem penitus caſum*, quem ſequitur *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.de refut.feud. in princip.num.33.* explicans dictionem *omnino*, ideſt, *in* 22

Renunciatio Duciſſę facta in omnem caſum perinde eſt ac ſi fuiſſet facta **omnino.**

omnem

omnem causam, aut casum, Alex.cons.13.vol.5.ibi sed si feudum omnino refutauit, vel si feudum refutauit, vt dominus illum, cui facta est refutatio inuestiat quasi de nouo feudo, talis renunciatio in his duobus casibus renunciantem excludit in perpetuum, & intelligitur omnino refutare quãdo refutatio non est restricta ad personam tantum eius, cui facta est refutatio, vt in hoc casu, quia facta est Principi, & quibuscumque successoribus benè quoque explicant *Capyc. in inuest. feud. verbo feudorum diuisio lim.4.fol.163.*dicens *omnino, dicitur refutari quando refutat generaliter & generaliter tunc fit*, quando, *non exprimitur aliqua persona, vel non intelligitu, quod fiat respectu alicuius*, quod nota ad *intellectum eorum*, quę dicit *Andr. in cap.1.de eo qui fin.fec.agnat. nempè quod omninò dicitur* quis refutare *quando refutat generaliter vtendo verbis generalibus, & Gallarat.de renunciat.lib.1.cap.10.num.7.per totum*, vbi post multos dicit, *quod renunciatio realis respicit fauorem cuiuscumque personæ habentis intereße, & vt sit realis inspicitur, an sit omnimoda, & omnimoda dicitur quando non restringitur ad personam, cuius fauore facta est,* Quibus addo *Tiraquel.de primog.q.86.nu.7. Menoch.cons.335.n.30.& 31.vol.4. Peregrin.de fideicom.art.52.num.74. vers.secundus casus* in puncto loquentes, ex quibus constat, quod ex communissima DD. sententia *omnino*, & in *omnem casum* idem sunt; & quod *Bald. exponens in d.cap.1. omnino idest domino facta*. Iure meritò communiter à DD. reprobatur tanquam destruens illum text. vt in specie dicunt *Aret. in d.l. qui* Romæ §. *duo fratres col.penult.post med. & Iason ibidem num.80. ff. de verb.oblig.* addentes *renuntiationem de feudo, seu de iure quod quis habet in feudo dici omnino factam etiam in manibus vnius agnati*, idemque pręsupponit *Lanar. in repet. cap.1. num.3. de vassall. decrep. ætat.* dicens, *quod refutatio in manibus agnatorum alia est realis, alia est personalis.*

Bald. exponens *omnino* idest *Domino facta* communiter reprobatur.

23 Tertio quoniam renunciatio facta cum Regio assensu proinde est, ac si fuisset facta in manibus Regis, & Rex de nouo donasset *Balzar. in dic. cap. 1. nu. 14. de eo qui fin. fec. agnat. Frecc. de subfeud lib.2. quaest.24. nu.3.* & fuit originalis doctrina *Andr. in d.cap.1. col.4.* quem sequitur *Balzar. d. nu.14. vers. limita non habere locum* affirmantes assensum *domini efficere, vt pactum personale, super feudo dicatur reale, & perpetuum,* Renunciatio enim sic facta continet quandam fictam relaxationem in manibus domini, vt feudum conferat in personam proximioris agnati, vno actu occultato, *Bald in cap.1.3.col. sub n.xj. vers.3. istud videtur de alienatione feudi*, & vltra *Franc.Curt.cons.49. vers. ad x. articulum* expresè tenet etiam *Loffred. in parafra. in cap. primo*

Renuntiatio facta cũ Regio assẽsu censentur facta in manibus Regis.

Ex quibus cum realitas nostræ renunciationis probetur ex obseruantia formæ iuris feudalis, & ex verbis renunciationis ex mente renũciantis, & ex natura rerum realissima omnino iudicari debet *Bald. in cap. de cętero num. 2. de transact. Alex. Raud. variar. res. c. 17. nu. 41. & seqq. Gallarat. de renunt. lib. 1. cap. 10. nu. 5. in fine.* 24 Renunciatio est realis, qa fuit seruata forma iurisfeudalis, & qa resultat realitas ex verbis, ex mente, & ex natura rerum

Nec obstat, quod renunciatio sit realis, non absolutè, sed tantum quoad personas in ea contemplatas, vt ex aduerso dicitur, nam licet hoc repugnat, veritati, & verbis claris renunciationis supra, & infra ponderatis, quæ certè nullam admittunt restrictionem; Adhuc tamen causa Ducis in tuto existeret, duobus fundamẽtis, quæ ponunt gladium ad radicem. 25 Realitas est absoluta, & quamuis esset relatiua nõ prodesset Ducissę.

Nam primo quoties superest persona comprehensa in renunciatione acceptata per renunciatarium semper excluditur renũcians à successione, *Roman. in l. fin. num. 66. vers. vltimo tenementi C. de pactis Balzar. in cap. 1. in fin. de eo qui sec. fin. agnat. Gozad. cons. 75. in fin. Rolan. cons. 26. num. 36. vol. 3. Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 20. num. 6. Gallarat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 26. col. 3. versus finem.* 26 Etiã in renuntiatione personali renuntians non habet regressum quando adest persona contemplata in renũtiatione.

Quare si hæc renuntiatio de bonis paternis, & lateris paterni acceptata à Principe Peretto stipulante, vna cum Notatio *pro quibuscumque suis hæredibus,* nulla facta filiorum mentione, comprehendit etiam extraneos hæredes, & illi dicuntur in renunciatione contemplati secundum unam DD. opinionem, quam firmat *Faber in C. tit. de pactis, deffin. 22. latè Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 85. num. 60. Cancer. variar. resolut. parte 3. cap. 15. sub num. 17.* vel ad minus comprehendit, hæredes habiles, & capaces ad succedendum in his feudis secundum aliam, & veriorem opinionem *Iacob. de Sãcto Georg. de feud. in cap. & quibuscumque,* & consequenter vocatos in inuestituris, vigore iuris communis, & Regni, quia hi omnes sũt habiles, & capaces huius succelsionis, *Feder. de Sen. cons. 228. in vltimo dubio, Bero. cons. 97. num. 7. & 8. volum. primo. Ruin. cons. 166. n. 10. vol. primo, Menoch. cons. 6. num. 16.* ibi, *quinto accedit Sforz. Odd. de fideicom. result. ex §. duo fratres q. 11. num. 75.* semper contemplatus remanet Dux hæres ne dum extraneus, sed vocatus ad succelsionem feudorum per ius commune, & Regni, & habens apertum ius succelsionis, vt supra in probatione eius intentionis dictum est, idcirco tanquam vnus de comprehensis in acceptatione, & stipulatione renunciationis facit omnino cessare concursum D. Ducissę illamquè penitus excludit, siue realitas sit absoluta, siue relati- Quæ sint personæ cõtemplatæ in renunciatione. 27 Comprehẽsi in inuestiturisomnes sunt capaces successionis feudorum. Dux vti cõprehensus in inuestituris multo magis est comprehẽsus in renunciatione.

ua ex Rom. & alijs supra allegatis.

28 Secundò quoniam adest specifica declaratio, quod Ducissa sit exclusa a successione intestata Principis etiam in casu illius mortis sine filijs, nam declarando in renunciatione sub *nu.24.* vt *nunquam* prætendi possit, quod per mortem Principis sine descendentibus *supradictæ renunciationis, vt supra factæ* sint expiratæ, vel factæ contéplatione familiæ, & agnationis, sed *omnes* sint reales, & effectum habeant *semper in omnem casum, vt reales*, & inter renunciationes supra factas, conspicuæ sint renunciationes horum feudorum, & cuiuscumque successionis intestatæ, præsentis, & futuræ, ac cuiuscũque inuestituræ, expresse declarauit, has quoque renunciationes, moriente Principe sine filijs debere vti reales stare in suo robore, *semper, & omni casu*, & sic siuè Princeps moriretur testatus, siuè intestatus, verba enim *supradictæ, vt supra, omnes, nunquam, semper, in omnem casum*, expressa in dicta declaratione, ità euidenter excludũt restrictiones, & præsumptiones ex aduerso confictas, vt cesset omnis ansa disputandi, si hæc renunciatio est realis, & facta omninò, & in omnem casum ad effectum comprehendi exclusionem renunciantis in casu mortis Principis sine filijs, & ab intestato, hoc enim pactum, & declaratio rem facit ita indubitabilem, vt ex euidentia facti, certo videamus, & in promptu contrahentes à principio contractus considerasse, & voluisse, vt D. Ducissa remaneret exclusa, etiam in casu mortis Princeps sine filijs, & sine testamento, vt pro absoluto, & indubitabili tradiderunt in terminis, ex collectario *Ioan. Gaufredi in cap. propter ingratitudinem num. 34. in fine de donatione. Anton. Gomez in l.22. Tauri num.12. vers. quod tamen notabiliter intelligo*. Vbi admittens filiam succedere patri ab intestato, non obstante renunciatione successionis, quando in morte patris non supersunt filij, subdit notabilem limitationem; *quando apertè constat, quod talis filius, vel filia non fecit dictam renunciationem fauore, & contemplatione aliorum liberorum natorum, vel nascendorum; quia dixit, si non nascantur liberi, possit pater, vel mater sua bona relinquere venientibus ab intestato, vel cuilibet extraneo, quia tunc nullo modo succedere posset*, quem sequuntur *Guttier. in cap. quamuis pactum in verbo omnino seruari debebit num.4. Hartaman. Pistor. lib.4. q.6. num.60.* dicens *conclusionem hanc declarat Gomez dicto loco, vt non procedat quando renuncians, dicit si non nascuntur liberi; quod pater potest bona sua relinquere venientibus ab intestato, vel cuilibet extraneo, tunc enim renuncians liberis non natis succedere non posset*: idquè propter verba satis manifesta,

Renuncians in declaratione facta clarè loquta est de successione intestata.

Cessat omnis disputatio an casus successionis intestatæ sit comprehẽsus in dicta declaratione.

29 Referũtur plures Doctor quod in puncto quæstioné decidunt, & absq; cõtradictore.

sta, nullum habet dubium, quando, vt illi ponunt, de successione ab intestato mentio expressa facta est, *Franc. Barrius in tract. de success. lib. 11. tit. 25. n. 28. vbi si non supersint alij præter filiam, quæ renunciauit etiam successionem ab intestato, nec reseruauit hanc legitimam successionem per agnatos collaterales excludetur*, sicque decisum testatur *Papon. lib. 16. tit. 4. Arrest. 18. & Guido Papa decis. 292. vers. secus autē si non fuisset*, & magis in puncto tale pactum, & declarationem vt supra in materia Renunciationis feudalis excludere renunciantem à successione *renuntiatarij* morientis sinè filijs explicat *Schrader de feud. tom. 1. part. 8. cap. 5. n. 27.* vbi *in vers. hæc conclusio* exponit *renūciationem omninò in terminis cap. 1. de eo, qui fec. fin. agn.* his verbis *omninò feudum refutauerit .i. etiam Iuri succedendi in hoc feudum morientis sinè filijs renunciauerit*, quæ sunt propria verba nostræ renunciationis.

His addendi sunt tum DD. dicentes, quod etiam sublatis de medio personis, quarum contemplatione facta præsumitur renunciatio, renuncians excluditur à successione intestata, quando ex verbis, & coniecturis constat hanc fuisse contrahentium voluntatem; vt *Bal. in l. pactum quod dotali q. 8. n. 16. C. de collat. Castr. in l. 1. §. inde Neratius n. 2. ff. ad Trebell. Paris. cons. 26. n. 23. & seqq. & n. 31. vol. 3. Grass. de vltim. volunt. §. successio ab intestato quæst. 10. n. 12. in fine, & Surd. cons. 244. n. 12. vol. 2.* Tùm illi, qui licet non loquantur in terminis nostri pacti, dicunt, tamen *semper, quod apparet renūciationem filiæ non habere præsumptionem fuisse factam in fauorem fratrum, sed realiter fauore omnium, quorum interest tunc filiam renunciantem excludi à successione intestata morientis sine filijs*, quod certè in casu nostro tàm apertè constat, vt à nemine, qui veritatem amet, inficiari queat, hi sunt. *Card. Ant. Put. d. cons. vnico post consilia Oddi. n. 7.* dicens, *quod quando apertè constat quod filia non renunciauerit fauore filiorum nascendorum, quod nunc renuncians nullo modo succedere potest Honded. d. cons. 29. n. 111. vol. 1.* probans quod *licet renunciatio fauore masculorum, cessat mortuis masculis; attamen quando ex lectura Instrumenti constat fuisse contemplatas alias personas omninò cessat supradicta præsumptio. Paul. Gallarat. de renunciat. tom. 1. lib. 2. cap. 5. n. 26.* vbi *quod renunciatio censetur facta fauore masculorum, & fratruum, nisi ex coniecturis depræhendatur aliam fuisse mentem recipientis renunciationem Iacob. Gall. cons. 64. n. 20.* vbi dicit *tunc procedere exclusionem filiæ, non existentibus fratribus tempore successionis, quando adsunt aliquæ coniecturæ, per quas apparet, vel verosimiliter considerari potest patrem voluisse Renun-*

30 Etiā sublatis personis quarum fauore præsumitur facta Renunciatio Renūcians excluditur à successione intestata, quando ex coniecturis apparet voluntas contrahētium.

31

ciationem

ua ex Rom. & alijs supra allegatis.

28 Secundò quoniam adest specifica declaratio, quod Ducissa sit exclusa a successione intestata Principis etiam in casu illius mortis sine filijs, nam declarando in renunciatione sub *nu. 24. vt nunquam* prætendi posit, quod per mortem Principis sine descendentibus *supradictæ renunciationis, vt supra factæ* sint expiratæ, vel factæ contemplatione familiæ, & agnationis, sed *omnes* sint reales, & effectum habeant *semper* in *omnem casum*, vt *reales*, & inter renunciationes supra factas, conspicuæ sint renunciationes horum feudorum, & cuiuscumque successionis intestatæ, præsentis, & futuræ, ac cuiuscũque inuestituræ, expresè declarauit, has quoque renunciationes, moriente Principe sine filijs debere vti reales stare in suo robore, *semper, & omni casu*, & sic siuè Princeps moriretur testatus, siuè intestatus, verba enim *supradictæ, vt supra, omnes, nunquam, semper, in omnem casum*, expressa in dicta declaratione, ità euidenter excludũt restrictiones, & præsumptiones ex aduerso confictas, vt cesset omnis ansa disputandi, si hæc renunciatio est realis, & facta omninò, & in omnem casum ad effectum comprehendi exclusionem renunciantis in casu mortis Principis sine filijs, & ab intestato, hoc enim pactum, & declaratio rem facit ita indubitabilem, vt ex euidentia facti, certo videamus, & in promptu contrahentes à principio contractus considerasse, & voluisse, vt D. Ducissa remaneret exclusa, etiam in casu mortis Princeps sine filijs, & sine testamento, vt pro absoluto, & indubitabili tradiderunt in terminis, ex collectario *Ioan. Gaufredi in cap. propter ingratitudinem num. 34. in fine de donatione Anton. Gomez in l. 22. Tauri num. 12. vers. quod tamen notabiliter intelligo*. Vbi admittens filiam succedere patri ab intestato, non obstante renunciatione successionis, quando in morte patris non supersũt filij, subdit notabilem limitationem; *quando apertè constat, quod talis filius, vel filia non fecit dictam renunciationem fauore, & contemplatione aliorum liberorum natorum, vel nascendorum, quia dixit, si non nascantur liberi, possit pater, vel mater sua bona relinquere venientibus ab intestato, vel cuilibet extraneo, quia tunc nullo modo succedere posset*, quem sequuntur *Guttier. in cap. quamuis pactum in verbo omnino seruari debebit num. 4. Hartaman. Pistor. lib. 4. q. 6. num. 60.* dicens *conclusionem hanc declarat Gomez dicto loco, vt non procedat quando renuncians, dicit si non nascuntur liberi, quod pater potest bona sua relinquere venientibus ab intestato, vel cuilibet extraneo, tunc enim renuncians liberis non natis succedere non posset*: idque propter verba satis manife-

Renunciãs in declaratione facta clarè loquuta est de successione intestata.

Cessat omnis disputatio an casus successionis intestatæ sit comprehẽsus in dicta declaratione.

29 Referũtur plures Doctor quod in puncto quæstionẽ decidunt, & absq; cõtradictore.

sta,

sta, nullum habet dubium, quando, vt illi ponunt, de successione ab intestato mentio expressa facta est, *Franc.Barrius in tract.de success.lib.11.tit.25.n.28. vbi si non supersint alij præter filiam, quæ renunciauit etiam successionem ab intestato, nec reseruauit hanc legitimam successionem per agnatos collaterales excludetur*, sicque decisum testatur *Papon.lib.16.tit.4.Arrest.18. & Guido Papa decis.292.vers.secus autē si non fuisset*, & magis in puncto tale pactum, & declarationem vt supra in materia Renunciationis feudalis excludere renunciantem à successione *renuntiatarij* morientis sinè filijs explicat *Schrader de feud.tom.1.part.8.cap.5.n.27.* vbi *in vers.hæc conclusio* exponit *renūciationem omninò in terminis cap.1.de eo, qui fec.fin.agn.* his verbis *omninò feudum refutauerit .i. etiam Iuri succedendi in hoc feudum morientis sinè filijs renunciauerit*, quæ sunt propria verba nostræ renunciationis.

His addendi sunt tum DD. dicentes, quod etiam sublatis de medio personis, quarum contemplatione facta præsumitur renunciatio, renuncians excluditur à successione intestata, quando ex verbis, & coniecturis constat hanc fuisse contrahentium voluntatem; vt *Bal.in l.pactum quod dotali q.8.n.6.C.de collat.Castr.in l.1.§.inde Neratius n.2.ff.ad Trebell. Paris.cons.26.n.23.& seqq.& n.31.vol.3. Grass.de vltim.volunt.§.successio ab intestato quæst.10.n.12.in fine, & Surd.cons.244.n.12.vol.2.* Tùm illi, qui licet non loquantur in terminis nostri pacti, dicunt, tamen *semper, quod apparet renūciationem filiæ non habere præsumptionem fuisse factam in fauorem fratrum, sed realiter fauore omnium, quorum interest tunc filiam renunciantem excludi à successione intestata morientis sine filijs*, quod certè in casu nostro tàm apertè constat, vt à nemine, qui veritatem amet, inficiari queat, hi sunt. *Card.Ant.Put.d.cons.vnico post consilia Oddi.n.7.* dicens, *quod quando apertè constat quod filia non renunciauerit fauore filiorum nascendorum, quod nunc renuncians nullo modo succedere potest Honded.d.cons.29.n.111.vol.1.* probans quod *licet renunciatio fauore masculorum, cessat mortuis masculis; attamen quando ex lectura Instrumenti constat fuisse contemplatas alias personas omninò cessat supradicta præsumptio. Paul. Gallarat.de renunciat.tom.1.lib.2.cap.5.n.26.* vbi *quod renunciatio censetur facta fauore masculorum, & fratruum, nisi ex coniecturis deprehendatur aliam fuisse mentem recipientis renunciationem Iacob. Gall.cons.64.n.20.* vbi dicit *tunc procedere exclusionem filiæ, non existentibus fratribus tempore successionis, quando adsunt aliquæ coniecturæ, per quas apparet, vel verosimiliter considerari potest patrem voluisse Renunciationem*

30 Etiā sublatus personis quarum fauore præsumitur facta Renūnciatio Renūcians excluditur à successione intestata, quando ex coniecturis apparet voluntas contrahētium.

31

ciationem recipere non solum masculorum contemplatione, sed aliorum quorumcumq; & quòd ità DD. omnes loquentes de hac materia præsupponũt, & antè eos latè dixerunt *Menoch. cons. 6. per totum vol. 1. & Laurẽt. Pin. cons. 69. n. 12. & seq.* dicens quod quando constat renunciationem fuisse factam in fauorem patris, & omnium eius hæredum, non in fauorem filiorum masculorum, *tunc his per mortem de medio sublatis non debet cessare renunciatio iurata, & sub n. 14.* addit quod *facta renunciatione cuicumq; successioni sibi competenti, & quæ competere possit tam de præsenti, quàm in futurum ex quouis iure, & ex quibusuis causis tàm præsentibus, quam futuris* huiusmodi verba non verificarentur, si restringerentur ad casum si superuixerint filij tempore mortis, Ratio est tùm quia vna præsumptio tollit aliam, & clara dispositio tollit quamlibet præsumptionem, dum fuit dictum *valituram renunciationem, etiam non existentibus filijs*, vt dicit in puncto *Afflict. in cap. 1. n. 2. de eo, qui fin. fec. agnat.* & eo fortius, cum hoc in casu fuerit cautum D. Ducissæ de augmento scutorum 30. mil.

32 Tùm quoniam quod renunciatio sit facta fauore huius, vel illius personæ pendet à verosimile mente filiæ renunciantis, & Patris recipientis renunciationem, qui licet soleant considerare fauorem filiorum, & agnationis, attamen filia potest facere, & pater recipere renunciationem ob aliam causam, & ob alias personas. *Gallarat. de renunc. lib. 1. c. 10. n. 21. in fine, & seq.* & quousq; illa causa, & illæ personæ supersunt, semper viget renunciatio, & illius effectus, estoquod sint mortui filij, & agnati. *Corne. cons. 191. sub n. 8. vol. 4.* ibi, *& licet ipsi loquentur quando Pater habet masculos, tamen idem dicunt, quando aliorum contemplatione factum esset, filios enim masculos ponderat loco exempli, Paris. cons. 26. n. 24. vol. 3. Surd. cons. 244. n. 11. in fin. vol. 2.*

Renunciatione dum fauore filiorũ, & agnationis, sed etiam ob alias personas fieri, & recipi potest.

33 Ex quibus sicuti constat Renunciationem fuisse factam generaliter, & non contemplatione fratris, vel descendentium, ideoq; illo præmortuo, vel aliter non potente succedere, & patre decedente sine filijs, Renunciantem esset semper, & pænitus exclusam, vt etiam fundant *Minad. cons. 22. Marta de clausul. claus. 224. n. 8. p. 1. Franch. decis. 375. Mastrill. decis. 65. n. 15.* latè *Mar. Cultellius de donat. contemplat. matrim. q. 6. dist. 3. n. 127.* vers. *sin autem esset renũciatum fol. 579.* Præcipuè etiam cum Ducissa renunciauerit dote accepta in beneficium patris, & omnium eius hæredum quorumcumq; *Vincent. de Franchis decis. 562. n. 7. Melfes. de renunc. q. 2. n. 13.* cum aliis latè allegatis à *Consil. Paschal. de patr. potest. par. 3. c. 7. n. 48. & 49. & Carol. Ant. Put. cons. vnico n. 33. post cons. Odd.*

Renunciatio generalis, & non fauore fratris facta semper excludit renũciantem.

Ita

Ita quis non videt Ducissæ sic exclusæ nullũ ius succedendi compete- re, quis eiusdem manifestissimã iniustitiam non agnoscit, pàtentẽ in promptu ex solemni Instrumento, quod dicitur probatio adeo certa, & indubitata; vt vbi est casus Instrumenti non sit locus du- bitandi, sicut vbi est casus legis, vt latè exornat *Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. Glos. 1. num. 20. cum seq.* 34 Iniustitia petitorij Ducissæ cõ stat in con- tinenti, per instrumen- tum pro- priæ renũ- ciationis ꝙ est proba- tio proba- ta.

QVOD VERO PERTINET AD POSSESORIVM ex plutibus demonstratur notoria exclusio Ducissæ, & Primo ratione periu- rij: Quoniam cum medio iuramento pluries repetito renunciaue- rit *cuicumq; successioni intestatæ præsenti, & futuræ in his feudis*, & pro- miserint non habere regressum, *ex causa etiam nouiter superueniente sub pæna periurij*, petendo nunc succedere Patri mortuo intestato, absq; dubio incidit in manifestum periurium, vt in puncto *Bald. in l. pactum dotali nu. 21. C. de Collat. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 8. re- quisit. 29. nu. 145.* & omnino repellenda est à limine iudicij *c. 1. de lit. contest. in 6. Afflitt. decis. 284. nu. 1. Gram. decis. 66. in princip. Reuer. Coccin. decis. 268. nu. 2. Seraphin. de Iuram. priuil. 164. nu. 10. in princip.* & vers. *Sed his minimè refragantibus*; Quia exceptio periurij obstat agenti, ne dum pro Immissione, sed, quod plus est, pro manutẽtio- ne vt in terminis decidit *Pontif. Max. Greg. XV. decis. 64. per totam vbi Beltram. in litt. B.* testatur ita etiam fuisse postea resolutum in in alia causa *Rot. Rom. decis. 868. nu. 2. par. 4. nouiss. diuers.* quas refert *Ricc. in collect. 2814. & 3083.* & benè confirmant *Card. Mant. decis. 267. in princ. iuncto. num. 7. & 10. in fin. Capic. decis. 69. num. 8. Sua- rez alleg. 23. num. 18. Soccin. Senior cons. 59. num. 1. vers. dicit etiam Ab- bas vol. 3. Asin. in praxi §. 13. cap. 9. num. 9.* 35 Iniustitia Ducissæ in possessorio. Et primo ratione manifesti periurij, ꝙ excludit Ducissam à limine iudicij etiã retinendæ.

Nec potest excusari periurium, quod Ducissa velit succedere ex cau- sa non compræhensa in renunciatione. Periurium duplici ra- tione non potest hic excusari.

Prima quia Iudicialis illius petitio de successione intestata, nullum re- linquit excusationi locum, cum euidenter sit de directo contra propria iuramenta. 36

Secundo quia filia renuncians simplicitèr hæreditati paternæ cense- tur renunciasse omnibus modis succedendi, etiam si mille essent, vt dicit *Angel. in l. suum in medio C. de iur. deliber.* quem sequuntur *Alex. ibidem num. 3. Dec. cons. 266. nu. 4. Natt. cons. 315. nu. 16. Gal- larat. de renunc. lib. 2. c. 5. n. 17. Rot. Rom. decis. 714. nu. 6. par. 2. Recent. Farinac.* multo magis quando fuit renunciatum successionibus cõ- petituris. *Paris. cons. 26. num. 44. vol. 3. Ruin. cons. 41. col. fin. per totam vol. 5. Menoch. cons. 335. num. 30. vol. 4. & cons. 401. num. 102. vol.*

5 *Rot. Rom. apud Merlin. post tract. de legit. decis. 47. num. 17.*

37 Secundo, quia Ducissæ nullum competit remedium possessoriũ ex defectu iustæ causæ possidẽdi.

SECVNDO PRINCIPALITER, quia D. Ducissæ nullum competit possessorium remedium quoniam in Regno, & in S.C. vbi sola veritas attenditur, in possessorijs feudalibus magis iusta possidendi causa attenditur quam iudicium possessorium de per se, vt dicunt *D. Rouit. qui multos huius veræ sententiæ refert in cons. 100. nu. 8. & 9. vol. 2. & Dom. de Ponte decis. 40. num. 46. & 47.* quibus addo *Mut. decis. 70. num. 16. & 17. Menoch. videndum cons. 304. num. 66. vsque in finem vol. 4.* & singularem theoricam *Andr. in c. 1. si de feu. defuncti militis* dicentis, quod *in iudicio adipiscendæ non sufficit esse filiam nisi etiam probet se esse admissam vel admittendam ad hæreditatem defuncti*, quam, eo non citato, exornat *Molin. Iesuit. de primoge. Hisp. q. 637. nu. 4.* Quare cum in promptu constet ex facti, & iuris notorietate de non iure Ducissę in petitorio, à quo suo proprio facto renunciationis reperitur, & venit omnino exclusa quomodo ferrent S.C. doctissimi, & integerrimi iudicantes hanc pro parte D. Ducissæ iniustissimam, & indebitam, omni iure immissionem, cum hîc & nunc statim constet, quod est exclusa quin potius omni iure destitutam petitionem hanc pęnitus reijciãt, atque confundant iure enim optimo *Franc. Sarm. lib. 2. select. interpret. cap. 13. num. 5. & 6.* tradit, *quod hæc possessoria remedia sunt in conscientia valdè periculosa, quia nullo modo sine periculo animæ potest quis possessorio remedio agere ẽt si in eo bonũ ius faciat nisi ẽt in iudicio proprietatis res ad eũ pertineat, & aliter agẽdo peccat mortaliter, & ad vẽs expensa, dãna, & interesse parti tenetur, quẽ sequuntur Guttierez cõs. 6. n. 12. D. de Ponte dec. 40. in fi.* vbi loquens in fortioribus terminis dicit, *quod peccat non tantũ pars, sed etiam Iudex, si cognoscendo notorietatem iniustitiæ alterius in petitorio restituit rem quam omni iure restituturus postea est ille, cum fructibus dando locum litibus, calumnijs, & expensis,* quod hic indubitanter eueniret, si Ducissa iniustissimè immissionem petens, obtineret, quæ si ex nunc contra propriam renunciationem quinque iuramentis roboratam apertè venit, quid erit postea posside ndo? alij cogitẽt? certè nullus vnquam iustissimæ successioni Ducis erit locus, nullusque vnquam litis videbitur finis, possessio enim ista sic iniusta propugnaculum erit Ducissæ immortalis litis.

Non sufficit quod sit filia nisi probet quod sit admissa vel admittẽda ad hæreditatem Patris.

38 Iudicia possessoria sũt periculosa in foro cõscientiæ tã respectu partis, quã Iudicis.

39 Exceptio defectus agendi impedit immissionẽ si in continenti probetur.

TERTIO QVONIAM ex stilo Regni in quibuscumque possessorijs, etiam feudalibus maximè in concistorio Principis, vt est S.C. cessant remedia possessoria, si aduersus petentem possessionem opponitur defectus notorius iuris agendi in promptu constans vel

ex qualitate rei, vel ex actis, vel quomodocũque, vt verbis præcisis dicit *Dom. de Ponte decis. 40. num. 46. & 47.* Tum etiam quia *tex. in cap. 1. §. inter filiam si de feud. defunc. fuer. controuers. inter dom. & agnat.* habet intellectum, & limitationem vniuersalem omnium consensu receptam, vt inquit *Rosental. infra citandus*, quod in continenti opposita, & probata exceptio defectus agendi, & dominij in competentia contra filiã petentẽ immissionẽ, impedit illam immitti.

Immò huiusmodi defectus iuris agendi, & dominij impedit etiam illam manuteneri, quod enim dicitur, quod in interdicto *interim* non attenditur iustitia, vel iniustitia possessionis, intelligitur quãdo opus esset disceptatione ad cognoscendum de dicta iustitia vel iniustitia, secus vero vbi euidenter sinè aliqua disceptatione de iniustitia possessionis appareret, quia tunc non est locus manutentioni, nec etiam lite pendente. *Cancer. var. resol. p. 3. cap. 14. de manut. num. 54. Franc. Becc. cons. 118. num. 28. vol. 2. Morot. respons. 96. num. 7. in fine, Caualcan. decis. 36. num. 449. par. 2.* dicens *in terminis §. inter filiam, quod ex defectu petitorij immissio facta debet reuocari, & sic tantum* operatur iniustitia petitorij in possessorio iudicio, vt non detur manutentio, & data reuocetur, & quod ius feudale in *d. §. inter filiam* consideret notorietatem iustitiæ, vel iniustitiæ, in proprietate, exornat *Cons. Georg. alleg. 12. nu. 40.* 40 Imo & manutẽtionẽ. Effectus iniustitiæ petitorij in possessorio

QVARTO QVONIAM D. DVCISSA caret omni titulo, ex quo in feudalibus, sicut, & in beneficiis alibus oritur notorius defectus ꝓprietatis, & iniustitiæ possessionis *Menoc. cõs. 304. n. 66. & seq. vol. 4. D. de Ponte decis. 40. num. 3. Crauett. cons. 171. nu. 3. & cons. 545. n. 4. Peregr. cons. 2. nu. 12. & per totum volum. 1. Cons. Georg. allegat. 12. nu. 40 Meierez de maiorat. lib. 3. q. 14. num. 39.* qui defectus continet destructionem possessionis *D. de Pont. decis. 40. nu. 5. Laderch. cons. 133. nu. 18.* dicens quod exceptio tu possidere non potes, inficit directo ipsam possessionem, de qua prius est cognoscendum *Anton. Ripol. var. resolut. cap. 14. num. 69. & per totum 75.* dicens *quod defectus tituli obstat in possessorio maximè quando constat ex instrumento*, quod procedit etiam in possessorio retinendæ *Menoch. de retinend. remedio 3. num. 683.* D. verò Ducissa caret titulo testamenti, vt est notum, caret titulo intestati, cui ità strictè renunciatum est in particulari casu, iam contemplatio in ipsamet renunciatione; caret denique vocatione inuestituræ, quæ parit beneficium vocationis volentibus, & acceptantibus, non autem nolentibus, & renunciantibus, & Domina Ducissa renunciauit cuicumque inuestituræ, etiam ex 41 Defectus tituli de directo inficit possessionem. Etiam in iudicio retinendæ.

pacto,

pacto, & prouidentia, quæ renunciatio, vt diximus, idem operatur quod carentia iuris ab initio.

Textus in §.inter filiá non suffragatur Ducissæ.

QVINTO, quia *Tex in cap. 1. §. inter filiam si de feud. defunc. fuer. contr. int. dom. & agnat.* qui est Acchiles Ducissę, benè ponderatus nihil prorsus ei suffragatur, siuè attendamus litteralem decisionem dicti tex. siuè sub auditum sensum DD. siuè etiam theoricam omnium DD. de eo loquentium.

Siuè attendatur litteralis illius sensus.

Nam primo quoad litteralem decisionem, ibi, erat quæstio inter filiá, et agnatum de quodam prædio filia allodiale, agnato vero feudale esse contendentibus, interim filiam immittendam esse in possessionem deciditur, ratio fuit, quia filia habebat intentionem fundatam in duobus, primo quia in dubio allodialis res præsumebatur, cuius capax erat, vt dicunt ibidem Doctores. Secundo quia filia, & hæres habens priuilegium suitatis, vt aduertunt ibi *glos. in verbo interim* allegans *l. siuè possidetis C. de probat.* in qua deciditur, dominium patris pręsumi continuatum in filium, non in donatarium, ac *Præpos. in princip. vers. pone casum, Alueret. ante num. 2. Iacob. de Beluis. vers. quia viuo patre censetur domina, & possidere, & Bald. nu. 2. & in cap. 1. num. 1. de contr. inter masc. & femin.* dicens, *quod idem operatur existentia suitatis, quod tabulæ testamenti, Gozad. cons. 7. num. 1. Burs. cons. 67. num. 64. vol. 1.* dicens, *remedium §. inter filiam fundari in priuilegio suitatis,* quod etiam nouissimè dicit *D. Rouit. cons. 6. nu. 3. volum. 1.* quare cum Ducissa renunciando hæreditatem paternam amiserit iura suitatis, & facta fuerit extranea, vt doctè scribunt *Gallarat. de renunc. lib. 2. cap. 5. nu. 19. in fin. & num. 25. col. 2. vers. quin etiam filius, & par. 2. centur. 1. renunc. 25. num. 60. & Cancer. var. res. par. 3. cap. 15. nu. 6. &* 7. Et benè comprobat communis Doctorú opinio idem affirmans de filia exclusa a statuto, quoniam ad húc effectum parificantur isti duo casus, quod sit exclusa statuto, vel quod renunciauerit *Cagnol. in l. prima nu. 3. & 4. ff. de inoff. testament. Purpurat. in l. maximum vitium num. 1. vers. 2. infertur C. de liber. præter. & Carol. Anton. Put. dicto consilio vnico nu. 43.* necessario amisit quoque omne remedium fundatum in suitate.

§. inter filiam fundatur in suitate.

Filia renúciás amittit suitatis iura.

Siuè sensus subauditus

Attento autem subaudito sensu Doctorum, qui ampliant dispositionem text. prædicti procedere etiam si constet rem esse feudalem, vt *ex Io. Andr.* aliqui dicunt, quorum opinionem veluti sine fundamento confutat *Andr. Facchin. lib. 4. controuers. cap. 22.* dicimus hoc procedere, quando appareret filiam per dispensationem Principis, vel loci consuetudinem, vel aliter ius habere succedendi in feudo

ac

ac feudi capacem esse, vt ex eedem Io. Andr. subtiliter hoc colligũt *Marcabr. cons. 62. nu. 28. 29. & seqq. & Campeg. inter cons. Brun. cons. 2. nu.* 10. Nec agnati aduersus has filiæ præsumptiones opponerẽt, & incontinenti probarẽt, talem adesse qualitatem, & factúm, quibus filia nullo modo ad feudi successionem peruenire posset, alias si exclusionem filiæ, eiusque notorium defectum agendi in dictis terminis agnati incontinenti probarent, sine dubio ab immissione filia excludenda foret, *Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 375. & seqq. Hartaman. Pistor. lib. 2. q. 39. nu. 32. ad. 37.*

Denique si obseruamus diligenter DD. de hac re loquentes, omnes cõcludunt, nunquam esse filiæ concedendam immissionem quando in continenti de illius non iure constat per oppositionem agnati, ita enim per tex. in *l, si is à quo in principio 53 ff. vt in posses. legat.* in terminis limitant 38. DD. prius visi quam allegati. Siuè cõmunis DD. opinio, quæ cõtra filiã tenet si in cõtinẽti agnatus probat.

1 *Andr. de Isern. in d. §.* inter filiam vers. *& hoc semper nisi agnati statim probent.*

2 *Præpos. in princip. ibi nisi agnati velint.*

3 *Laudens. ante num. primum.*

4 *Camerar. in cap. 1. an agnat. q. 8. nu. 89. & 90.*

5 *Balzaran. in §. inter* filiam *nu. 13. vers. hoc locum habet, nisi, &c.*

6 *Bammacar. ibidem nu.* 18.

7 *Vult. de feud. lib. 1. cap. 9. num. 6. vers. hodie si manifestè, & lib. 2. cap. 1 num. 28.*

8 R*osental de feud. cap. 7. conclus. 52. per totam tom. 1.*

9 *Reg. Lanarius in cap. 1. num. 60. vers. sed limitant. de succeß. feud.*

10 *Consiliar. Georg. de feud. c. 48. nu. 21. vers. sed limitant.*

11 *Zuccard. in l. fin. nu. 486. C. de edict. diu. Adr.* Toll.

12 *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 381. & cons. 447. nu. 22. vol. 5.*

13 *Put. dec. 229. num. 2. lib. primo veter. impreß. dicens ita fuisse decisum in Rota Romana.*

14 *Caualcan. dec. 36. nu. 449. & 452. par. 2.*

15 *Cacheran. decis. Pedem. 26. nu. 3. &* 14.

16 *Regens de Ponte decis. 40. nu. 6. dicens text. in* §. *inter filiam malè à DD. allegari, quia ibi dubitabatur de qualitate feudi, quæ quando in promptu constat non procedit dispositio illius text.*

17 *Dom. Reg. Tapia decis. S.C. prima nu. 22. dicens ità decisum.*

18 *Hartman. Pistor. quæst. iur. lib. 2. p. 2. q. 39. nu. 35.*

19 *Molin. de primogen. Hisp. lib. 3. cap. 4. nu. 43.*

20 *Duen. reg. 309. limit. 8. in fin. vers. quod tamen est verum.*

E 21 *Ar-*

21 *Argil. de legitim.contradic.q.19. nu.55. & seqq.ac num.71.cum pluribus seqq.*
22 *Marescott.var.res.lib.2.c.121.nu.78. & seq.*
23 *Mart.in sum.succes.par.4.q.16.art.primo.num.47. & 48. dicens ità decisum.*
24 *Iason cons.132.col.fin.& cons.138.col.fin. vol.4.*
25 *Imol.cons.1.nu.60.*
26 *Natt.cons.502.nu.4.& per totum.*
27 *Gozad.cons.7.nu.2.& cons.50. nu.20.*
28 *Campeg.inter cons.Brun.cons.2.nu.9.*
29 *Bero.cons.67.num.64. vers.praterea illud datur quando esset quaestio vol.primo.*
30 *Peregr.cons.4.nu.55.& 59.vol.primo.*
34 *Vuesembec.cons.93.nu.19.vers.item quoties volu.secundo.*
32 *Marcabr.ab anguil..cons.62.nu.28.*
33 *Alciat.cons.257.nu.4.*
34 *Laderch.cons.133. nu.18 .in fine.*
35 *Mandel.Alb.cons.78.nu.16. vol.1.*
36 *Rim.Iun.cons.352.nu.67.vol.* . .
37 *Rol.cons.2.nu.38.vol.3.& cons.48.nu.51.vol.4.*
38 *Dom.Rouit.cons.1.nu.24.vol.1.*dicens, *omnes concludere quod quādo agnati in promptu docent de iure suo exclusiuo fœminarum, agnatus est in possessionem immitrendus, & filiæ reseruanda iura in petitorio.*

Exceptio defectus dominij incōtinenti probata impedit immissionem, & manutētionem.

Ratio est, quia exceptio defectus dominij incontinenti probata regulariter impedit remedium tam immissionis, vt post antiquiores tradunt *Menoch.de adipisc.remed.4.nu.751.Peregr.de fideicom.art.48 nu.30. Argil.de acquir.possess.quaest.3.art.10.nu.493.Capic. decis.121. num.28.Boer.decis.236.nu.5.*quam manutentionis *ex eodem Menoc. de retin.remed.3.nu.684.*

Exceptio renunciationis incōtinenti probata obstat in omnibus possessorijs

Et in puncto, quod exceptio spontaneæ renunciationis obest tàm in petitorio, quàm in possessorio, *Franc.Marc.decis.1169 nu.2.par.1.* In possessorio recuperandæ, quod est magis priuilegiatum ponūt *Socc.sen.cons.59. num.primo vol.3. Oldr.cons.227.col.2.vers.& ideò dicit, Franc.Marc.decis.533.p.2.ac Maranta* loquens de donatione, *cons.105.num.4.*in possessorio adipiscendæ, *Menoch.de adipisc.remed. vlt.nu.60.in fine.* ibi *cum autem notoriè constat de renunciatione, vel incontinenti probatur exceptio admittitur Carol.Anto.Put.cons.vnic.n.32. post cons.Odd.* Et in possessorio retinendæ *idem Menoch. de retinend. remed.3.nu.697. & seqq.*

Et

Et hæc veritas comprobatur duabus regulis Iuris; altera hodie constat, hodie agatur *l. si is à quo 53. ff. vt in possess. legat.* quæ habet locũ etiam in summarijssimo possessorio *l. 3. §. causæ. §. summatim ff. de carbon. edict. Consiliar. Georg. allegat. 47. num. 3. cum seq.* vbi quod in summarijs admittitur liquidum Ius contradictoris; & quod ita semper practicauit S. C. Altera vero dolo facis petere quod statim es restituturus, *Dec. de cõmuni in d. l. fin. num. 48. C. de edict. diu. Andr. Rol. cons. 78. num. 3. vol. 2. Argil de legit. contradic. q. 39. num. 18. Artaman Pistor. lib. 2. q. 39. num. 26. D. Rouit. cons. 2. num. 35. vol. 1. D. Reg. Tap. decis. 1. num. 32.* & *Præs. de Amat. cons. 100. num. 68.* Et impedit litis ingressum, vt de mente vtriusq; Soccin. tradit *Asin. in prax. §. 13. cap. 9. num. 7.*

Idq; dupliçi ratione hic expressa.

Quod verò in currenti casu defectus agendi D. Ducissæ constet in prontu, inficiari non potest, quia probatur per instrumentum renunciationis, & dicitur probatio in continenti, si fit per instrumentum, post alios *Grass. de except. 7. num. 8. Rot. Rom. decis. 597. num. 3. par. 2. collect. Farin. Argil. de acquir. possess. quæst. 2. num. 333. & de legit contrad. quæst. 2. nu. 94.* Instrumentum enim dicitur probatio probata, notoria, & incontinenti, vt pręter *Tiraquel. supra allegatum, & Antiquiores ab eo citatos* addimus nunc *Franc. Becc. cons. 24. num. 19. vol. 1.* loquentem in termini renunciationis contentæ in instrumento, *Decian. respon. 83. vol. 4. Crauett. cons. 73. in fin. Argil. de acquir. poßess. q. 8. num. 179. Rot. Rom. decis. 27. num. 11. 1. par. nouiss. diuers.* quæ loquitur etiam de instrumento renunciationis. *Benint. decis. 77. num. 16. Milan. decis. 8. num. 22. Peregr. cons. 56. num. . . . vers. & doctrina vol. 1.* dicens *constare de non iure, & de iure ex instrumentis conuentionum Socc. sen. cons. 59. num. 2. vers. siue discutiamus, & num. 4. vol. 3.* vbi quod *exceptio probata per instrumentum, non requirit altiorem indaginem, nec in facto, nec in iure, nec est reseruanda, & obstat in possessorio, Meierez de Maior. p. 3. q. 15. nu. 75. 106. & 168.* dicens quod *constat de notorio defectu proprietatis per instrumentum publicum Menoc. rem. 3. retin. num. 693.* dicens *exceptionem dominij quæ probatur instrumentis, & actis iudiciarijs obijci posse in iudicio vti possidetis. Anton. Ripol variar. resol. c. 14. num. 69. per totum num. 75.* vbi quod *defectus titoli obstat in possessorio maximè quando constat ex instrumento, quod dicitur probatio probata.* Reg. de Pont. decis. 40. num. 46. dicens quod *exceptio dominij dicitur notoria quando constat sententijs, vel inuestituris, ergo multo* magis notoria dici debet, quando constat instrumento renunciationis, quæ potentior est sententia, & re iudicata

Notoria exclusio Ducissę incontinenti patet ex instrumento renũciationis.

cata

cata *Oldr.conſ.227.num.5. Coller.conſ.28. num.290. Decian.reſp.39. num 44. vol.2. Gallerat.de renunc.lib.2.cap.5 num.6.verſ.imò plus.*

Quæ notorietas non poteſt obſcurari per replicationes partis.

Hæc vero exceptio defectus agendi,&dominij imcompetentia inpromptu liquidè oppoſita D. *Duciſſæ* per Ducem non redditur illiquida per replicationem eiuſdem Duciſſæ, quia omnes ſunt friuolæ,in releuantes,& incontinenti minimè probabiles, vt ex earũ confutatione conſtabit,certi enim iuris eſt, quod nõ quælibet oppoſitio replicationis aliquid operatur, niſi quando ſicut exceptio eſt fundata liquidè, liquidè etiam, & clarè fundetur replicatio, & obiectio,alias exceptio liquida,& obſtans eſſe non deſinit,nec ſuũ effectum operari impedietur, *Franch.in cap.1.num.18.verſ.11.limit.de lit.conteſt.in.6.Honded.conſ.24.nu.53.vol.2. Cephal.conſ.754.num.13.vol.5. Socc.ſen.conſ.59. num.4. verſ. non refert Iiudicio meo vol.3.*& poſt *Rot.Rom.*egregiè loquentem *in deciſ.57.per totam par.2.nouiſs. diuerſ.* tradit *Rouit.conſ.1.num.42.vol.1.*Cui addo *eandem Rot.Rom.*omninò videndam *in deciſ.526.nu.12. par.1.Recent. Farinac. & deciſ.559. num.9.eadem par.1. & deciſ.597. num.1.par.2. earundem,* in quibus expreſsè deciditur, exceptionem iam probatã non deſinere eſſe claram, & nitidam, niſi clarè, & nitidè probetur replicatio, multo magis quando opponitur cauſa differendi Iudicium,& percipiendi fructus, *Menoch.conſ.407.nu.21.vol.8.*

TERTIA INSPECTIO.

INherentes ordini ex aduerſo obſeruato, in primis dicimus, quod D.Duciſſa ſciens malam habere cauſam, & timens certam immiſſionem Duci de Iure debitam nolens de ea loqui, verba facit de ſequeſtro,incipiendo à motiuis in facto non fundatis.

Diſſequeſtrum fuit factum cauſa non vocata, & inaudito Duce.

Nam in facto Veritati repugnat,Conſilium Collaterale *Recognita, & audito negotio,*ſequeſtrum reuocaſſe,quia cauſæ cognitio præſupponit partem præſentem,vel citatam *l. nec in cauſa la prima §. cauſa ff. de minor.Specul.tit de primo, & ſecundo decret. §.nunc dicamus in princ. verſ. ſcias ergo.Bart in l.prolatum num.8.verſ.quæro iuxtà prædicta,& num.9.C. de ſententijs, & interloc.omn. Iudic.* Prætenſa verò reductio ſequeſtri facta fuit abſente Duce, cauſa non vocata, & inauditis Aduocatis, & ſic ſublata defenſione, & omiſſa veritatis examinatione omnino requiſitis etiam coram Principe,illa de iure naturali,hac de iure gentium. *Bald.in l.fin.nu.3.C. de legib.*

In Iure quoque non obſtat *tex.in l.fin.C.ſent.reſcin.non poſſ.& ſpecul. ex*

ad-

aduerſo allegati, quia loquutur de reſcriptis impetratis in cauſis deciſis per ſententias rite, ac legitimè latas, vt dicit ipſemet tex. & vno ore notant ibi DD. Nos verò verſamur, vt dixi, in reſolutione capta, nobis inauditis; Immò non vocatis.

Quarè cum Dominus Prorex die ſequenti, cognita nullitate dictę prouiſionis, reſcripſerit præcibus D. Ducis conquirentis de hoc grauamine, *El Sac. Conſejo haga juſticia ſobre lo contenido en eſte memorial, reducendo à derecho, y juſticia quales quier prouiſiones que por ambas partes ſe hayan deccho en eſte negocio*, non eſt dubitandum quin cognitio quoq; dictæ prouiſionis diſſequeſtratiuæ fuerit commiſſa S.C. quia non iuſſit ſimpliciter prouideri de Iuſtitia vt loquuntur *Ann. & Franch.* ex aduerſo allegati, ſed quod reductis prius quibuſcumq; prouiſionibus ad jus, & Iuſtitiam, ſuper narratis, Iuſtitiam adminiſtrent. Cognitio dicti diſſequeſtri fuit commiſſa S.C. à Domino Prorege.

SECVNDO QVOD VACVA exiſtente poſſeſsione, & ſubſiſtente ſcandali periculo locus ſit ſequeſtro, bene probant DD. ex aduerſo allegati; At quod in eo tantum caſu fiat ſequeſtrũ nec ipſi, nec alij dicunt; Immò communis eſt DD. opinio quod quæuis iuſta cauſa Iudici benè viſa ſufficiens eſt ad ordinandum etiam ex officio ſequeſtrum in omnibus caſibus, in quibus ad inſtantiam Partis fieri nequit, vt poſt multos dicunt *Mareſcott. atteſtans de ſtilo Rot. Rom. variar. reſol. lib. 2. in cap. 77. nu. 58. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 12. num. 26. Coller. de proceſſ. exeq. par. 1. cap. 2. num. 106. Regens Rouit. conſ. 34. num. 8. vol. 1. Camil. Larath. conſ. 81. Quaſi per totum.* Sequeſtrũ nõ vno ſed pluribus in caſibus fieri poteſt, ex cauſa Iudici benè viſa.

Et maxime ſuadente æquitate, nequis locupletetur cum aliena iactura *Abb. in c. 2. num. 16. verſ. ſed quandoq; de ſequeſt. poſſ.* dicens *quod quandoq; adeſt aliqua equitas, quæ mouet Iudicẽ ad ſequeſtrum faciẽdum, vt quia præſumitur contra poſſidentem, quod litiget cauſa differendi Iudicij, & perceptionis fructuum*, quem ſequuntur *Rebuff. ſuper conſt. Reg. Gal. tit. de ſequeſtro Gloſ. 2. nu. 6. Chriſtof. Paz. de tenut. par. 1. cap. 10. n. 23. & Mut. dec. 92. num. 8.* Et præſertim ſuadẽte ęquitate.

Ac etiam quando recuperatio fructuum poſſet eſſe difficilis, eo quia poſsidens haberet bona extra Regnum. *Put. deciſ. 150. num. 1. lib. 1. deciſ. 246. num. 3. lib. 3. Rot. Rom. deciſ. 13. num. 3. par. 2. nouiſſ. diuerſo. & deciſ. 136. num. 4. verſ. accedat par. 2. recent. Farinac. Chriſtof. Paz. loco citato num. 26.* Et quando recuperatio fructuũ poteſt eſſe difficilis.

TERTIO ILLA CONCLVSIO, quod vbi conſtat de poſſeſsione vnius partis non poſſit agi de ſequeſtro, procedit, & ita loquuntur omnes ex aduerſo allegati, quando Poſſeſſor reperitur in poſſeſsio- De ſequeſtro loqui non poteſt quãdo vna pars reperitur in poſſeſione de tẽpore motæ litis.

F ne

ne de tempore motæ litis, *Lancellot. de attent. part. 2. c. 4. ampliat. 2. n. 1. & seq. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 13. num. 72. Christof. Paz. dicto tract. de tenuta par. 1. cap. 10. num. 5. & num. 8. in fin. & nu. 10. versus fin. & cap. 9. num.* 10. in fine, *& num.* 22. & comprobat receptissima conclusio Iuris infra plenè comprobata, quod manutentio non datur, nisi ad limites possessionis, in qua quis pacificè existit tempore motæ litis.

Ducissa dicto tempore nec possidebat nec detinebat dicta feuda

Quare cum ex actis cóstet, Ducissam de eo tempore, nec possedisse, nec detenuisse hæc feuda, constat quoq; quod prætensio manutentionis est sine fundamento, & quod nihil impedit sequestrum apponi, nisi notorietas non iuris Ducissæ, & euidentia Iuris Ducis, tunc enim fit locus sequestro, quando ex duobus contendentibus, clarè constat de non iure vnius; & non constat de aperto iure alterius, *Papon. lib. 8. tit. 11. arest. 1.* At quando de non iure vnius, sed de alterius iure clarè constat, vt in præsenti, tunc nemo dubitauit, quin reuocata possessione ab iniusto detentore illa sit vnico contextu concedenda iusto petitori, *Fab. in Cod. lib. 4. tit. 3. definit. 3. num. 7. &* 8. quia etiam in hac materia locum habet Regula, dolo facis petere &c. *Alex. cons. 163. num. 4. vers. deniq; vol. 6. Card. Tusch. in verbo sequestrum conclus. 202. n. 11.*

Secundo principaliter vsurpatio horum feudorum non suffragatur D. Ducissæ nec pro obtinenda Immissione, seu manutentione, nec pro impedienda immissione Ducis, quia est clandestina, attentata, nulla, & ex pluribus causis non manutenibilis.

Possessio Ducissæ est clãdestina.

Nam primo est clandestina, quia cum ex actis constet, quod tempore captæ possessionis, Ducissa ne dum timebat, vel suspicabatur, vt loquitur tex. mox allegandus, sed certò sciebat se habere contradictorem Ducem Bracciani, & habituram cum eo certam controuersiam super his feudis, apprehendendo possessionem, vitiosè, & clandestinè egit, *l. clam. possidere 6. in princ. ff. de acquir. poss. in puncto Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 52. num. 7. litt. F. & D. Rouit. cons. 92. num. 12. & 13. vol. 2.* Possessio vero clandestina nihil prodest possidenti, *Herman. Vultej. cons. 30. num. 65. vol. 2.* Multo minus ad effectum vel concedendi manutentionem, *Neuizan. cons. 81. num. 27. 28. & seq. Rot. Rom. decis. 27. num. 11. 1. part. nouiss. diuers.* vel impediendi ne immissio alteri detur *Card. Serafin. decis. 29. num. 2.*

Quæ nunquam suffragatur.

Est quoq; attentata.

Secundo quoniam est attentata, quia ex eisdem actis constat possessionem fuisse captam post commissam causam in S.C. & commissionem ab vtraq; parte in actis præsentatam, & sic post motam litem.

tem *Glos. in cap. causam el secundo in verbo commisimus de testibus, & in clem. 2. in verbo cũ lite pendente, vt lite pẽdẽte, Cassad. dec. 6. de rescri. Rota Romana decis. 629. num. 2. par. secunda recent. Card. Caualer. decis. 483. num. 10.* & in puncto quod quando adest certus contradictor simplex libellus porrectus iudici, in quo petitur immissio, faciat litem ad effectum attentatorum *Lancill. de attent. par. secunda cap. 4. de attent. lit. pendent. num. 11. & eadem par. secunda in præfatione nu. 269.* & consequenter tanquam intrusa, & attentata omnino reuocanda est, & D. Ducissæ nocere non prodesse debet ob pęnas à legibus contra attentantes inflictas.

Nec ad hunc effectum prodest clausula, *absque praiuditio possessionis captæ, vel capiendæ propria authoritate* posita in supplicatione continente commisionem causæ, & præsentata die 14. Februarij, quia hæc protestatio iuuat quidem quando est posita in simplici petitione iudiciariæ possessionis; At posita in commissione causæ firmata à Principe, vt in hoc casu sicuti non impedit litis introductionem, quæ oritur ex illius præsentatione in actis, quia protestatio non impedit, quod venit ex legis dispositione *Gratian. discept. 35. num. 16.* Et facta ad vnum effectum non potest operari alium, & diuersum effectum, *Rot. Rom. decis. 543. num. 1. in fine parte prima Recent. Farinac.* nisi addatur alia clausula, *& non animo inducendi litem,* ita non efficit, vt pessessio postea capta non sit capta post motam litem, & sic dato, & non concesso, quod possesio non sit attentata, vti capta propria authoritate. Attamen non potest controuerti, quin sit attentata vti capta pendente lite, vt patet ad sensum.

Non obstã te protesta tione ex ad uerso facta.

Tertio, quia est incerta cum ex lectura processus constet, quod fuit capta in solidum, & indiuisim à Ducisa, & a duobus eius filijs, ex quo resultat talis incompatibilitas, quæ parit tum loci, tum quotæ incertitudinem, ita vt à nemine acquiri potuerit, vt in terminis indiuidualibus decidit *Rot. Rom. dec. 161. nu. 5. & 7. ac per totam p. 4. nouiss. diuers.* ea ratione, quia duo insolidum eodem tempore, & ex eadem causa eandem possesionem retinere non posunt *c. causam de probat. l. si vt certo §. duobus ff. com. diuid. l. 2. ff. de pracario, & l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss. Card. Mant. decis. 30. nu. 1. Rot. Rom. deci. 397. n. 6. par. 1. Recent. Farinac.* & consequenter tanquam nulliter capta nullum iuris effectum producit, cum paria sint posesionẽ non acquirere, vel nulliter eam adipisci, *Gratian. disceptat. 732. num. 19.*

Est etiam incerta, & nulla.

Quat-

Nõ est manutenibilis quia capta pendente lite.

Quarto, quoniam ex alijs fundamentis non est manutenibilis, & primo quia in summarijssimo iudicio non transfertur, nec confirmatur aliqua possessio, sed solum attenditur, & conseruatur status ad limites possessionis rei, in quo quis effectiuè extitit de tempore motæ litis §. *retinendæ instit. de interdict.l.1. C. vti possid. Bar. in l. 1. §. quod ait nu. 18. ff. eodem, Alex. cons. 92. num. 4. vol. 1. Roland. cons. 9. n. 18. vol. 3. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 556. Rot. Rom. dec. 643. nu. 1. par. 2. Recent. Farinac. Consil. Theodor. allegat. 12. nu. 22. Reg. de Ponte decis. 40. nu. 37. Cancer. variar. resol. par. 3. c. 14. de manut. n. 69. & 70.* hic verò certum est ex processu, quod Ducissa de tempore motę litis nullam habebat possessionem.

Quia notoriè constat de illius iniustitia.

Secundo, quia euidenter constando de iniustitia possessionis, possessor non est manutenendus, quia non dicitur possessio, sed iniqua occupatio *Menoch. de retin. rem. vlt. nu. 24. & seq. Cancer. alios referēs tom. 2. variar. resol. c. 14. de manut. nu. 54. & 55. Anton. Ripol. variar. resol. cap. 14. nu. 69. & per totum nu. 75.* qui loquentes de existente in possessione iniusta tempore litis multo magis procedent in apprehendente possessionem lite mota, & sic magis vitiosè, & attentando.

Et ratio est, quia iniusta possessio non meretur manutentionem quādo de iniustitia constat, sed debet auferri, etiam sine causæ cognitione, *Becc. cons. 118. nu. 28. volum. secundo, Morot. respons. 96. num. 7. in fin. Caualc. decis. 36. nu. 449. par. secunda,* Regula enim quod Predo est manutenendus non habet locum quando constat quem esse prædonem *Crauett. cons. 248. nu. 6. vers. nec constet Neuiz. cons. 81. nu. 22. cum seqq.* Rot. Rom. *decis. 27. num. 11. par. prima nouiss. diuers. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 681. Gratian. discept. forens. 899. nu. 22.*

Et quoniā actus possessorij facti ante litē propria authoritate non faciunt statum manutenibilē.

Tertio, quoniam non dicitur quis possidere de tempore motæ litis propter aliquos actus etiam antea propria authoritate factos, qui causam liti dederunt, & de quibus pars conquesta fuit quoniam non attenduntur, nec possunt constituere possidentes in aliqua possessione, & statu manutenibili, *Cancer. variar. resol. par. secunda cap. secundo de iurisd. nu. 127. & par. 3. cap. 4. de seruit. num. 95. & seq. & cap. 14. de manut. nu. 72. Card. Mant. decis. 207. num. 10. Greg. XV. dec. 4. num. secundo Card. Caualer. decis. 634. nu. 10. Reg. Tapia. decis. suprem. cons. Ital. 23. num. 30. & Lancellot. de attent. par. secunda cap. 4. de attent. lite pend. limit. prima num. 111. & seq.* in noua impressione, *& in veteri nu. 88. 89.* dicens quod si alicui data est tenuta, cuius occasione fuerit statim lis introducta, non potest hac lite pendente

ha-

habere hanc tenutam, & sub prætextu continuationis excusari ab attentatis, multo ergo minus excusari potest Ducissa cum omnes illius actus possessorij, qui leguntur in processu euidenter sint gesti per plures dies post motam litem.

Tertio principaliter opponitur Ducem non citatum, non possessorem, non habentem titulum consimilem, non esse legitimum contradictorem.

Dux licèt non possidens est legitimus cõtradictor.

Cui obiecto respondetur primo, quod Dux etiã nõ possidens est legitimus contradictor vt post *Andr. de Isern. Zuccard. Campeg. Gozad.* & alios tenent *Iacob. Gall. cons. 64. nu. 33. D. Rouit. cons. 4. nu. 1. & secundo volum. 1. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 53. num. 3. cum seq. vbi litt. E.* recenset DD. qui contra allegãtur, loqui in remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Toll.* & non in materia feudali, quod etiam aduertit *D. Rouit.* assignantes rationem differentiæ inter vnum, & alterũ remedium. Imò si obseruetur *Isern. in d. §. inter filiam* clarissimè colligemus, quod ponit casum, & sensum illius tex. etiam filia manente in possessione, ibi *mortuo feudatario filia tenebat quodam prædium*, & tamen concludit agnatum posse incontinenti docere de exclusione filiæ ad impediendam iuridicam immissionem, ex quo plura resultant. Primo agnatum nõ possessorem esse legitimum contradictorem. Secundo etiam contra filiam possidentem contradicere, & de non iure incontinenti docere posse. Tertio nihil filiam iuuare naturalem illam possessionem, seù tenutam, nec ad immissionem obtinendam, nec ad impediendam illam in beneficium agnati. Vnde sequitur exclusio filiæ ab immissione, & inclusio agnati ad immissionem nihil obstante naturali detentione filiæ, quę tanquam iniusta per probationem in promptu factam nihil penitus iuuat, idemque expresse sentiunt *Brun. cons. feud. primo num. 4. in fin. Campeg. ibidem cons. secundo num. 10. in fine, & Caualc. decis. 36. num. 449. & 450. cum seqq. par. 2. & decis. 20. nu. 26. par. 3.* & hinc emanauit practica S.C. admittendi etiam non possessorem agnatum ad contradicendum, vt testatur *Cons. Georg. alleg. 47. num. quarto, & quinto,* dicens *Sac. Cons. ità semper practicasse*, & confirmant passim Doctores præsertim *Peregrin. antiquiores referens consilio quarto num. 58. volumine primo, Marescat. lib. secundo resolut. 121. num. 28.*

Etiam in terminis §. inter filiam

Et etiam ex stilo S.C.

Secundo Dux est legitimus contradictor, quia habet titulum consimilem vocationis inuestituræ, & incontinenti docet de iure suo

Dux habet titulum cõsimilem.

per

per comprehensionem, & vocationem inuestituræ,& legis Regni vt supra in primo articulo fundatum est, titulus enim consimilis dicitur, quando quis ostendit se esse vocatum in eisdem bonis, vt post *glo. & Ias. scribit Reg. de Pont. in cons. 20. num. 33. volum. primo*, & ad obtinendam, vel ad impediendam immissionem legitimus contradictor est, tum ille, qui docet se comprehensum,& etiam tacitè vocatum ab inuestitura, vt in puncto cum Molin. & Rouit. supra conclusimus, tum ille cui competit beneficium immissionis, *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 633. vers. primo in illis casibus Cæsar Argil. de legitima contradict. q. 2. num. 155* tum denique ille qui allegat quid, quod est exclusiuum iuris aduersarij,& inclusiuum iuris sui *Crauett. in respons. pro genero num. 400. Surd. decis. 244. num. 20. Menoch. cons. 1. nu. 325. Argil. d. q. 2. nu. 261. & seq.*

Et remediū immissionis ex quo fit legitimus contradictor.

Nec potest contrauerti, quin legitima sit contradictio,& liquida oppositio, quia Dux incontinenti docet de non iure filiæ, non quia offerat probare incontinenti exclusionem Ducissę, quod sufficeret, vt dicunt DD. omnes in d. §. inter filiam, sed quod magis rem indubitatam facit, quia incontinenti per liquidissimam probationem probatam, habet promptam exclusionem eiusdem in indiuiduo præsentis casus, hinc dixit *Reg. de Ponte decis. 40. num. 46.* circa finem, quod aliud est velle probare,& aliud afferre,& demonstrare probationem probatam, quæ vt subdit *num.* 7. obstat in quibuscumque possessorijs, quoties palam facit de non iure petentis possessionem.

Contradictio Ducis est legitima,& liquida quia in incontinēti docet de non iure Ducissæ.

Quarto principaliter opponitur difformitas assensus, quia renunciatio fuit concepta *pro hæredibus, & successoribus quibuscumque* assensus vero *pro hæredibus ex corpore.*

Respondetur obiecto difformitatis assensus.

Cui obiecto respondetur primo, quod assensus in casu nostro non fuit requisitus de necessitate pro exclusione Ducissæ, cuius exclusionem nunc agimus, quia ad eam excludendam, quæ renunciatione propria se exclusit, non requirebatur assensus cum potuerit renunciando à successione se excludere sine assensu, vt pluries fuisse iudicatum in S. C. testantur *Frecc. de subfeudis lib. secundo cap. incipiente, pluribus autem modis, quod rubricat limitationes traditas ad constit. diu. mem. limit. 24. num. 73. & 74. Anna alleg. 124. in repetit. diu. mem. à nu. 228. ad nu. 291. Dom. Rouit. in pragmat. prima de titul. abus. nu. 117. & cons. 31. à num. 4. ad num. 8. volum. 1. Lanar. in repe. §. sed etiam res a nu. 28. ad 32. per quos fiat inuestit. addo nouissime Reg.*

Assensus pro exclusione Ducissæ non est necessarius.

Sa-

Salern. decis. 14. ubi fuit negata inuestitura iuxta ordinem successionis propter renunciationem factam successionis, quæ aßensu carebat, quia non requirebatur, & Reg. Reuer. in suis decis. manuscriptis in decis. incip. Io. Franc. Balduinus petijt in Reg. Camera Camill. Medic. cons. 136. nu. 13. D. de Pont. in lect. feud. 18. nu. 18. de success. feud. & de potest. Proreg. tit. de refut. feud. §. 10. nu 28.

Secundo dicimus Regium assensum esse conformem, & sufficientissimum pro admissione Ducis, quia non est restrictus ad hæredes ex corpore Principis, vt pars præsupponit, sed clausula ex corpore apposita fuit hæredibus hæredũ, non hæredibus immediatis Principis, Verba enim Regij Assensus sunt hæc, *quæ omnia sint, & esse debeant prædicto Principi D. Michaeli Peretto*. ET OMNIBVS HIS QVORVM INTEREST VEL INTERERIT, *eorumque hæredibus, & successoribus ex corpore legitimè descendentibus secundum tamen Constitutiones, & iura Domini nostri Citerioris Siciliæ Regni stabilia, Realia, valida, & firma, &c.* Quare cum Rex primo dederit assensum omnibus habentibus, & habituris interesse in renunciatione Ducissæ, & hi sine dubio sint comprehensi in dispositione loquente de hæredibus, & successoribus quibuscumque conformis, non difformis est assensus, sic stipulatio, cuius forma strictissima est, valet, si præcedat petitio maior, & sequatur responsio minor, *l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. obligat. l. inter stipulantem 83. §. stipulante ff. eodem* ea ratione quoniam non dicitur dissensus dum in minori concurrit consensus omnium, quod etiam contingit in sententijs iudicũ, & arbitrorum *l. inter partes 38. in fin. ff. de re iudic. l. diem proferre 32. §. si plures ff. de recept. arbitr.* eadem ratione cum clausula, quorum interest, aut intererit extendatur etiam ad non expressos in dispositione, quorum potest aliquo modo interesse *Rot. Rom. decis. 728. num. primo in fine, & num. secundo par. prima nouiss. diuers. Alexand. consil. 29. num. quinto volum. tertio. Cæsar Manent. decisione 45. numero 31. Gratian. disceptation. 912. num. 13.* multo magis comprehendet omnes contemplatos in renunciatione; idcirco nulla penitus quoad Ducem considerari potest difformitas, quia renuncians renunciauit *hæredibus quibuscumque*, & sic etiam extraneis Rex autem consensit pro omnibus, quorum interest ergo Dux inclusus fuit tam in voluntate Ducissæ renunciantis, & petentis assensum, quàm in voluntate Regis concedentis, cum sua interfuit tanquam vocati, & comprehensi in inuestituris, hanc renunciationem esse firmam, & stabilem.

Est etiam conformis, quia in concessione regis cũ clausula omnibus his quorum interest, aũt intererit concurrit consensus Ducissæ renũciantis pro quibuscũque.

Quoties

Assensus genericè pe[...]s, & ad [spe]ciē re[str]ictus nō difform[is]

Quoties enim Assensus genericè petitus restringitur ad speciem nō dicitur difformis, *Camer. in cap. Imperialem pag. 56. in litt. R. dicens quod assensus est difformis quando contractus vnum continet, & assensus contrarium exprimit,* quia *tūc neutrum tenet, ex defectu voluntatis,* & quod assensus non possit dici difformis, quando non potest esse contrarietas in eo, quod in concessione non est expressum *scribit Camill. Medic. cons. 53. num. 9. & seq.*

[Cla]usula & [om]nibus, [quo]rū inte[rest] &c. eq[ui]let clau[sul]æ & qui[bus]cumq;

His accedit, quod cum clausula quorum interest, vel intererit suffragetur quibuslibet, quorum interest *Ioan. de Amic. cons. 126. num. 5. Paris. cons. 82. num. 2. vol. 1. Bertaz. de claus. Instrum. claus. 18. glos. 5. num. 5. & seqq. Gratian. discept. forens. 683. num. 10.* & omnium quoquo modo contemplatorum in renunciatione intersit, & intererit, quod hæc renunciatio stabilis, sit Realis, valida, atq; firma, Rex dicendo: *& omnibus his, quorum interest vel intererit,* perindè est, ac si dixisset et *hæredibus quibuscumq;* de iure successibilibus, ~~de iure successibiles, quorum~~ quia eorum omniū interest, ac intererit, renunciationem in suo semper robore, & firmitate persistere. Et assensus locum habet, vbicumque illius verba locum habere possunt ex *Andr. in cap. 1. col. 4. qui success. teneant: & Camerar. in cap. Imperialem pag. 44. lit. V.* Et petitio censetur cōcessa, non solum quando verba sunt clara, & aperta, sed etiam quando sunt equipollentia, *Camer. vbi supra pag. 59. col. 3. in fin. vers. 13. conclus. Vincen. de Franch. decis. 105. num. 5. & 6.* Præsertim quando aufert impedimentum non alienandi sine assensu, quia tunc tanquam gratia non est stricti iuris, sed in expressis latissimè interpretatur iux. *l. fin. ff. de constit. Princ. Camer. loco cit. pag. 63. lit. H. & I. Reg. de Pont. decis. 5. num. 4. & de potest. Proreg. tit. 6. de assens. Reg. sup. dot. num. 22. & cons. 76. num. 8. vol. 1. Marcell. Maur. allegat. 6. num. 10. Camill. Medic. cons. 58. n. 5.*

[P]rinceps [pot]ettus [ren]uncia[tion]is po[tuit] assensū [stric]tiorem [impe]trare [max]imè dū [nō] o lędi[tur]

Tertio Respondetur quod cōsensus *pro quibuscumq;* est datus D. Principi, à D. Ducissa in Renunciatione, quod si postea Princeps strictiorem assensum sibi impetrauit, quid ad D. Ducissam? Princeps enim potuit id facere, & Ducissa ex hoc non læditur, nec aufertur, aut excluditur aliquod Ius à contractu, sine quo Ducissa non fuisset renunciatura, quia Dux est de comprehensis tam in clausula quibuscūq; [clau]sula et *omnibus, his quorū interest, etc.* & in indiuiduo his rationibus in fortioribus terminis, quod contractus præcedens *pro quibuscumq;* & assensus sequens *pro hæredibus ex corpore* non sit difformis, tenet *D. Rouit. cons. 12. num. 20. cum seqq. lib. 1. & cons. 76. num. 1. vers. ex aduerso cum duobus seqq. vol. 2. & bene cōfirmāt Gallup. in method. iur. feud.*

par. 2.

*par.2.c.1.num.12.*vbi post *Vinc.de Franch.decis.105.nu.4. vers.nec potest* dicit quod *difformitas tunc inducit inualiditatem, quando tendit in damnum dantis, & concedentis,* Idemq; si attentè legantur, dicunt DD.in contrarium allegati *Nam.Camer.in cap. Imperialem pag.56. col.4.in princ.& in medio,* loquitur quando qualitas omissa,ità, qualificat actum,vt vel inducat dominum ad consentiendum,vel impediat,ne consentiat,vel maiori cum difficultate,quod non applicatur casui nostro imò retorquetur, quia renuncians multo magis renũciasset sine qualitate,quæ prætẽditur submota,*Marin.Frec. de subfeud.lib.2.q.34.*expresè loquitur quãdo difformitas est præiudicialis donãti; qui aliter nõ erat donaturus,& in his terminis loquitur *Ann. alleg.36. num.12.& alleg.45.n.11. Vinc.vero de Franch. decis.154.num.4.& 5.*loquitur de difformitate damnosa, & de directo contraria voluntati Baronis, qui in concessione diminuerat adoham,& Prorex assentiendo dixit, *Itaquod* Ius *adohæ debitum Regiæ Cameræ per Principem non diminuatur,* in hoc vero casu conditio Ducissæ facta fuit melior,non deterior ex supra ponderatis.

Quarto Respondetur D.Ducissam renunciasse allodialia, & feudalia, D.Principi,*eiusq; successoribus quibuscumq;* respectu allodialiũ, clausula *quibuscumq;* se extendit ad omnes, etiam extraneos; sed respectu feudalium recipit interpetationem *de quiquscumq; quamuis non sint de corpore, dummodò sint successibiles,secundum iura feudalia, vel leges Regni,* quia actus contrahentium semper debent ita intelligi vt minus lædant ius commune, *Card.Mantic.alios referens de tac. conuent.lib.3.tit.7.num.17.& sint minus damnosi promittenti arg. l.semper in stipulationibus 35.ff.de reg.iuris,Mantic.d.tract.lib.2.tit.4. num.59.* modo intelligendo hanc clausulam, *quibuscumq;* extensiuè ad extraneos respectu allodialium, non corrigitur ius commune, & extensiuè ad quoscumq; licet non descendentes ex corpore Principis, sed successibiles respectu feudalium, non corrigitur ius commune,nec Regni,& pars minus læditur,cum simus in his,qui succedunt ex leg.inuestituræ,& Regni,Ergo sequens assensus in contractu continente clausulam *quibuscumq;* tàm ad feudalia, quàm ad allodialia respectu feudalium, in quibus fuit impetratus existit conformis,quia fuit præstitus,*pro quibuscumq; quorum interest aut interesse poterit,*quæ interpretatio in consona iudiciari non debet,quia hæc clausula respectu allodialium potest stare propriè, & largè ad extraneos; & respectu feudorum non ita latè ad propinquos, successibiles tantum,vt est *Glos.notabilis in l.2. in verbo manumitti ff.de*

Clausula quibuscũq; in renũciatione de bonis allodialibus,& feudalibus diuersimodè intelligitur, & Rex assentiẽdo quoad feudalia pro omnibus quorũ interest nõ discrepat à contractu.

offic pro consul. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 21. 22. & seqq. maximè cum in contrarium non adsit voluntas renunciantis formaliter repugnans, quæ repugnantia omninò necessaria videtur pro arguenda difformitate, ex supra allegatis, quæ eo magis procedunt, quia clausula, *quibuscumq;* in materia feudali secundum verã interpretationem intelligitur de habilibus, & capacibus *Iacob. de Sancto Georg. de feud. in verbo, & quibuscumq;* quem sequuntur plures DD. quos referunt & sequuntur *Menoch. cons. 61. num. 25. vol. 1.* & plenissimè *Ludouic. Sacc. resp. 3. num. 46. & seqq. vol. 1.*

Confutantur principaliores authoritates ex aduerso allegatæ.

Quinto, & vltimo loco confutandæ sunt nonnullæ authoritates, quæ pro parte allegantur vt punctuales, & tamen vel non applicantur casui nostro, vel contra Ducissam retorquentur.

Theorica castrẽsis retorquetur.

Nam primo citat *Paul. de Castr.* in *l. si scriptus 11. C. de probat.* cuius doctrinam SOLEMNEM vocat, præsupponendo, eum dicere *Quod etiam si oppositores velint STATIM probare de incapacitate hæredis non valent impedire immissionem.*

Sed hæc authoritas deficit in pluribus, Nam primo illa dictio STATIM, in qua consistit tota vis, est verbum Partis, non Pauli, quia nec in meo, nec in alijs libris, quos vidi, legitur; & ideo non applicatur huic casui, in quo incontinenti, & statim affertur probatio probata.

Secundo quia loquitur de hærede scripto habente apertam probationem voluntatis defuncti, cui fauendum est, Nos vero habemus voluntatem defuncti contra filiam in instrumento renunciationis tàm enixè expressam.

Tertio quia bene pōderatus retorquetur, tũ quia ibi se remittit ad dicta *in l. 2. C. de edic. diu. Andr. toll.* vbi decedente textu vitiũ testatoris inuisibile non impedire immissionem hæredis *Castr. sub num. 1. in medio*, limitat procedere, si contradicens non offerat probationes incontinenti, quia talis offerens audiri debet, quod etiam ibidem scribunt *Alex. & Bal.* tum quoniam Castr. excipit defectum visibilem, per quem hæredi non est danda immissio, qui defectus cõcurrit hic, dum legimus in instrumento renunciationis, pactum exclusiuum filiæ in indiuiuiduo præsentis casus.

Menoch. retorquetur.

Secundo citat *Menoch. cons. 180. nu. 30. & 31. volum. secundo,* qui etiã euidenter retorquetur, quoniam licet *d. nu. 30.* motiuando referat aliquos dixisse, spurium legitimatum, & hæredem institutum immittendum esse in possessionem; attamen resoluendo postea hæc motiua, latissimè *num. 49. & seq.* Respondet cunctis in contrarium alle-

allegatis, dicens ea *procedere quando quæ obijciuntur requirunt altiorem indaginem, & nu.* 52. confirmando veram interpretationem supra à nobis datam *d.* §. *inter filiam*, dicit illum procedere in suo casu, quia fieri potest, quod bona illa prætensa à filia sint allodialia; vt de iure præsumitur; vel sint eius generis feudorum, ad quæ fęminę admittuntur, & num. 81. repetit, & confirmat, quæ scripsit *de adipiscenda remed. 4. nu.* 381. *vbi decidit casum nostrum*.

Tertio citat pro decisione punctuali causæ *decisionem Rotæ Rom.* 47. *impressam post tractatum de legit. Merlin.* quæ tamen ad rem non facit, quia ibi mulier renunciauerat bona paterna, quæ per mortem patris deuenerant ad fratrem, mortuo vero fratre, renuncians petebat immitti in possessioné vna cum alijs sororibus, contra eam opponebatur de renunciatione, ipsa vero replicabat se renunciasse bona paterna; non fraterna, & bona paterna adita hæreditate per fratrem, fuisse effecta fraterna, fuit decisum pro immissione filiæ, quia erat valdè dubium, an renunciatio de bonis paternis extenderetur ad bona fraterna, quæ decisio non potest induci ad hunc casum, tum quia agitur de immediata successione patris, tū quoniam nulla cadit dubitatio, an renunciatio comprehendat casum iam euentum, cum expresse deductus sit in pactum. Decis. Rot. Ro. apud Merlin. ad rem non facit.

Quarto citat *Reg. de Ponte cons.* 24. *lib. secundo.* Qui tamen præter multa diuersa à casu nostro, quæ colliguntur ex eius lectura duplici ratione non applicatur casui nostro, primo quia ipse ibi in fine fatetur, quod ea, quæ proponebantur requirebant altiorem indaginem, & probationem, ideoque reiecta ad petitorium. secundo, quia ibi agebatur de casu simili supradictæ decisioni Merlini, vt clarè colligitur ex *Iacob. Gall. qui in eadem causa scripsit cons.* 64. *in princ.* Et sic an renunciatio facta in hunc casum extendatur ad alium, in hoc verò casu, nec probatio requiritur, nec aliqua extensione indigemus. Reg. de Pō te non applicatur casui nostro.

Quinto, allegat obseruantiam causæ status Montisferrati, in qua fœmina fuit immissa in possessione dicti status, sed hæc quoque ad causam nostram non infert, quia *Soccin. iun. cons.* 75. *num.* 8. *&* 19. *vol.* 1. *qui primus*, scripsit in dicta causa, & *Alciat. cons.* 3. *lib.* 3: qui post alios consuluit, aduertunt oppositionem, quæ contra immissionem obijciebatur, nullatenus in continenti fuisse probatam, imò vt ipsi dicunt, id erat impossibile, vt punctualiter dicit *Soccin. d. nu.* 19. Sicuti nec obseruantia status Montisferrati.

Sexto, loquens de §. inter filiam concludit Ducissam esse immitten-

cata *Oldr.conf.227.num.5. Coller.conf.28. num.290. Decian.resp.39. num 44. vol.2. Gallerat.de renunc.lib.2.cap.5 .num.6.vers.imò plus.*

1z nototas non test obstrari per plicatios partis.

Hæc vero exceptio defectus agendi,&dominij imcompetentia inpromptu liquidè opposita D. Ducissæ per Ducem non redditur illiquida per replicationem eiusdem Ducissæ, quia omnes sunt friuolæ,in releuantes,& incontinenti minimè probabiles, vt ex earũ confutatione constabit,certi enim iuris est, quod nõ quælibet oppositio replicationis aliquid operatur, nisi quando sicut exceptio est fundata liquidè, liquidè etiam, & clarè fundetur replicatio, & obiectio,alias exceptio liquida,& obstans esse non desinit,nec suũ effectum operari impedietur, *Franch.in cap.1. num.18. vers.11. limit.de lit.contest.in.6.Honded.conf.24 nu.53. vol.2. Cephal.conf.754. num.13. vol.5. Socc.sen.conf.59. num.4. vers. non refert Iudicio meo vol.3* .& post *Rot.Rom.* egregiè loquentem *in decis.57.per totam par.2.nouiss. diuers.* tradit *Rouit.conf.1.num.42.vol.1.* Cui addo *eandem Rot.Rom.* omninò videndam *in decis.526.nu.12. par.1.Recent. Farinac. & decis.559. num.9.eadem par.1. & decis.597. num.1. par.2. earundem,* in quibus expresè deciditur, exceptionem iam probatã non desinere esse claram, & nitidam, nisi clarè, & nitidè probetur replicatio, multo magis quando opponitur causa differendi Iudicium,& percipiendi fructus, *Menoch.conf.407.nu.21.vol.8.*

TERTIA INSPECTIO.

Disseque·um fuit ctum cau non vo- ta, & in- dito Du ·

I*Nherentes* ordini ex aduerso obseruato, in primis dicimus, quod D.Ducissa sciens malam habere causam, & timens certam immissionem Duci de Iure debitam nolens de ea loqui, verba facit de sequestro,incipiendo à motiuis in facto non fundatis.

Nam in facto Veritati repugnat,Consilium Collaterale *Recognita, & audito negotio,* sequestrum reuocasse,quia causæ cognitio præsupponit partem præsentem,vel citatam *l. nec in causa la prima §. causa ff. de minor.Specul.tit de primo, & secundo decret. §.nunc dicamus in princ. vers. scias ergo.Bart in l.prolatum num.8.vers.quæro iuxtà prædicta,& num.9.C. de sententijs, & interloc.omn. Iudic.* Prætensa verò reductio sequestri facta fuit absente Duce, causa non vocata, & inauditis Aduocatis, & sic sublata defensione, & omissa veritatis examinatione omnino requisitis etiam coram Principe,illa de iure naturali,hac de iure gentium. *Bald.in l.fin.nu.3.C. de legib.*

In Iure quoque non obstat *tex.in l.fin.C.sent.rescin.non poss.& specul. ex ad-*

aduerso allegati, quia loquutur de rescriptis impetratis in causis decisis per sententias ~~recte~~ rite, ac legitimè latas, vt dicit ipsemet tex. & vno ore notant ibi DD. Nos verò versamur, vt dixi, in resolutione capta, nobis inauditis; Immò non vocatis.

Quare cum Dominus Prorex die sequenti, cognita nullitate dictę prouisionis, rescripserit præcibus D. Ducis conquirentis de hoc grauamine, *El Sac. Consejo haga justicia sobre lo contenido en este memorial, reducendo à derecho, y justicia quales quier prouisiones que por ambas partes se hayan deccho en este negocio*, non est dubitandum quin cognitio quoq; dictæ prouisionis dissequestratiuæ fuerit commissa S.C. quia non iussit simpliciter prouideri de Iustitia vt loquuntur *Ann. & Franch.* ex aduerso allegati, sed quod reductis prius quibuscumq; prouisionibus ad jus, & Iustitiam, super narratis, Iustitiam administrent. Cognitio dicti dissequestri fuit commissa S.C. à Domino Prorege.

SECVNDO QVOD VACVA existente possesione, & subsistente scandali periculo locus sit sequestro, bene probant DD. ex aduerso allegati; At quod in eo tantum casu fiat sequestrũ nec ipsi, nec alij dicunt; Immò communis est DD. opinio quod quæuis iusta causa Iudici benè visa sufficiens est ad ordinandum etiam ex officio sequestrum in omnibus casibus, in quibus ad instantiam Partis fieri nequit, vt post multos dicunt *Marescott. attestans de stilo Rot. Rom. variar. resol. lib. 2. in cap. 77. nu. 58. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 12. num. 26. Coller. de processf. exeq. par. 1. cap. 2. num. 106. Regens Rouit. cons. 34. num. 8. vol. 2. Camil. Larath. cons. 81. Quasi per totum.* Sequestrũ nõ vno sed pluribus in casibus fieri potest, ex causa Iudici benè visa.

Et maximè suadente æquitate, nequis locupletetur cum aliena iactura *Abb. in c. 2. num. 16. vers. sed quandoq; de sequest. poss.* dicens *quod quandoq; adest aliqua equitas, quæ mouet Iudicẽ ad sequestrum faciẽdum,* vt *quia præsumitur contra possidentem, quod litiget causa differendi Iudicij, & perceptionis fructuum*, quem sequuntur *Rebuff. super const. Reg. Gal. tit. de sequestro Glos. 2. nu. 6. Christof. Paz de tenut. par. 1. cap. 10. n. 23. & Mut. dec. 92. num. 8.* Et præsertim suadẽte ęquitate.

Ac etiam quando recuperatio fructuum posset esse difficilis, eo quia possidens haberet bona extra Regnum. *Put. decis. 150. num. 1. lib. 1. decis. 246. num. 3. lib. 3. Rot. Rom. decis. 13. num. 3. par. 2. nouiss. diuerso. & decis. 136. num. 4. vers. accedat par. 2. recent. Farinac. Christof. Paz, loco citato num. 26.* Et quando recuperatio fructuũ potest esse difficilis.

TERTIO ILLA CONCLVSIO, quod vbi constat de possesione vnius partis non possit agi de sequestro, procedit, & ita loquuntur omnes ex aduerso allegati, quando Possessor reperitur in possesio- De sequestro loqui non potest quãdo vna pars reperitur in possesione de tẽpore motæ litis.

F ne

ne de tempore motæ litis, *Lancellot. de attent. part. 2. c. 4. ampliat. 2. n. 1. & seq. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 13. num. 72. Christof. Paz. dicto tract. de tenuta par. 1. cap. 10. num. 5. & num. 8. in fin. & nu. 10. versus fin. & cap. 9. num. 10.* in fine, *& num. 22.* & comprobat receptissima conclusio Iuris infra plenè comprobata, quod manutentio non datur, nisi ad limites possessionis, in qua quis pacificè existit tempore motæ litis.

Ducissa dicto tempore nec possidebat nec detinebat dicta feuda

Quare cum ex actis cõstet, Ducissam de eo tempore, nec possedisse, nec detenuisse hæc feuda, constat quoq; quod prætensio manutentionis est sine fundamento; & quod nihil impedit sequestrum apponi, nisi notorietas non iuris Ducissæ, & euidentia Iuris Ducis, tunc enim fit locus sequestro, quando ex duobus contendentibus, clarè constat de non iure vnius; & non constat de aperto iure alterius, *Papon. lib. 8. tit. 11. arest. 1.* At quando de non iure vnius, sed de alterius iure clarè constat, vt in præsenti, tunc nemo dubitauit, quin reuocata possessione ab iniusto detentore illa sit vnico contextu concedenda iusto petitori, *Fab. in Cod. lib. 4. tit. 3. definit. 3. num. 7. & 8.* quia etiam in hac materia locum habet Regula, dolo facis petere &c. *Alex. cons. 163. num. 4. vers. deniq; vol. 6. Card. Tusch. in verbo sequestrum conclus. 202. n. 11.*

Secundo principaliter vsurpatio horum feudorum non suffragatur D. Ducissæ nec pro obtinenda Immissione, seu manutentione, nec pro impedienda immissione Ducis, quia est clandestina, attentata, nulla, & ex pluribus causis non manutenibilis.

Possessio Ducissæ est clãdestina.

Nam primo est clandestina, quia cum ex actis constet, quod tempore captæ possessionis, Ducissa ne dum timebat, vel suspicabatur, vt loquitur tex. mox allegandus, sed certò sciebat se habere contradictorem Ducem Bracciani, & habituram cum eo certam controuersiam super his feudis, apprehendendo possessionem, vitiosè, & clandestinè egit, *l. clam. possidere 6. in princ. ff. de acquir. poss. in puncto Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 52. num. 7. litt. F. & D. Rouit. cons. 92. num. 12. & 13. vol. 2.* Possessio vero clandestina nihil prodest possidenti,

Quæ nunquam suffragatur.

Herman. Vltej. cons. 30. num. 65. vol. 2. Multo minus ad effectum vel concedendi manutentionem, *Neuizan. cons. 81. num. 27. 28. & seq. Rot. Rom. decis. 27. num. 11. 1. part. nouiss. diuers.* vel impediendi ne immissio alteri detur *Card. Serafin. decis. 29. num. 2.*

Est quoq; attentata.

Secundo quoniam est attentata, quia ex eisdem actis constat possessionem fuisse captam post commissam causam in S.C. & commissionem ab vtraq; parte in actis præsentatam, & sic post motam litem.

tem *Glos. in cap. causam vel secundo in verbo commisimus de testibus, & in clem. 2. in verbo cū lite pendente, vt lite pēdēte, Cassad. dec. 6. de rescri. Rota* Romana *decis. 629. num. 2. par. secunda recent. Card. Cavaler. decis. 483. num.* 10. & in puncto quod quando adest certus contradictor simplex libellus porrectus iudici, in quo petitur immissio, faciat litem ad effectum attentatorum *Lancill. de attent. par. secunda cap. 4. de attent. lit. pendent. num. 11. & eadem par. secunda in præfatione nu. 269.* & consequenter tanquam intrusa, & attentata omnino reuocanda est, & D. Ducissæ nocere non prodesse debet ob pęnas à legibus contra attentantes inflictas.

Nec ad hunc effectum prodest clausula, *absque præiuditio possessionis captæ, vel capiendæ propria authoritate* posita in supplicatione continente commisionem causæ, & præsentata die 14. Februarij, quia hæc protestatio iuuat quidem quando est posita in simplici petitione iudiciariæ possessionis; At posita in commissione causæ firmata à Principe, vt in hoc casu sicuti non impedit litis introductionem, quæ oritur ex illius præsentatione in actis, quia protestatio non impedit, quod venit ex legis dispositione *Gratian. discept. 35. num. 16.* Et facta ad vnum effectum non potest operari alium, & diuersum effectum, *Rot. Rom. decis. 543. num. 1. in fine parte prima Recent. Farinac.* nisi addatur alia clausula, *& non animo inducendi litem,* ita non efficit, vt pessessio postea capta non sit capta post motam litem, & sic dato, & non concesso, quod possesio non sit attentata, vti capta propria authoritate. Attamen non potest controuerti, quin sit attentata vti capta pendente lite, vt patet ad sensum.

Non obstā te protesta tione ex ad uerso facta.

Tertio, quia est incerta cum ex lectura processus constet, quod fuit capta in solidum, & indiuisim à Ducisa, & a duobus eius filijs, ex quo resultat talis incompatibilitas, quæ parit tum loci, tum quotæ incertitudinem, ita vt à nemine acquiri potuerit, vt in terminis indiuidualibus decidit *Rot. Rom. dec. 161. nu. 5. & 7. ac per totam p. 4. nouiss. diuers.* ea ratione, quia duo insolidum eodem tempore, & ex eadem causa eandem possesionem retinere non posunt *c. causam de probat. l. si vt certo §. duobus ff. com. diuid. l. 2. ff. de precario, & l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss. Card. Mant. decis. 30. nu. 1. Rot. Rom. deci. 397. n. 6. par. 1. Recent. Farinac.* & consequenter tanquam nulliter capta nullum iuris effectum producit, cum paria sint posseśsionē non acquirere, vel nulliter eam adipisci, *Gratian. disceptat. 732. num. 19.*

Est etiam incerta, & nulla.

Quat-

Nō eſt manutenibilis quia capta pendente lite.

Quarto, quoniam ex alijs fundamentis non eſt manutenibilis,& primo quia in ſummariſsimo iudicio non transfertur,nec confirmatur aliqua poſseſſio, ſed ſolum attenditur, & conſeruatur ſtatus ad limites poſſeſſionis rei, in quo quis effectiuè extitit de tempore motæ litis §. *retinendæ inſtit. de interdict.l.1. C.vti poſſid.Bar.in l.1.§. quod ait nu.18.ff.eodem,Alex.conſ.92.num.4.vol.1.Roland.conſ.9.n. 18.vol.3.Menoch.de retin.remed.3.nu.556. Rot.Rom.dec.643.nu.1. par.2. Recent.Farinac. Conſil.Theodor.allegat.12.nu.22.*Reg.*de Ponte deciſ.40.nu.37.Cancer.variar.reſol.par.3.c.14.de manut.n.69.& 70.* hic verò certum eſt ex proceſsu, quod Duciſsa de tempore motę litis nullam habebat poſseſſionem.

Quia notoriè conſtat de illius iniuſtitia.

Secundo,quia euidenter conſtando de iniuſtitia poſseſsionis, poſseſſor non eſt manutenendus,quia non dicitur poſseſsio,ſed iniqua occupatio *Menoch.de retin.rem.vlt.nu.24.& ſeq. Cancer.alios referēs tom.2.variar.reſol.c.14.de manut.nu.54.& 55.Anton.Ripol.variar. reſol.cap.14.nu.69. & per totum nu.75.* qui loquentes de exiſtente in poſseſsione iniuſta tempore litis multo magis procedent in apprehendente poſseſsionem lite mota, & ſic magis vitioſè,& attentando.

Et ratio eſt,quia iniuſta poſseſsio non meretur manutentionem quādo de iniuſtitia conſtat,ſed debet auferri, etiam ſine cauſæ cognitione,*Becc.conſ.118.nu.28.volum.ſecundo, Morot.reſponſ.96.num.7. in fin.Caualc.deciſ.36. nu.449.par.ſecunda,* Regula enim quod Predo eſt manutenendus non habet locum quando conſtat quem eſſe prædonem *Crauett.conſ.248.nu.6. verſ.nec conſtet Neuiz.conſ.81. nu.22.cum ſeqq.*Rot.Rom.*deciſ.27.num.11.par.prima nouiſſ.diuerſ.Menoch.de retin.remed.3.nu.681. Gratian.diſcept.forenſ.899.nu.22.*

Et quoniā actus poſſeſſorij facti ante litē propria authoritate non faciunt ſtatum manutenibilē.

Tertio, quoniam non dicitur quis poſſidere de tempore motæ litis propter aliquos actus etiam antea propria authoritate factos, qui cauſam liti dederunt, & de quibus pars conqueſta fuit quoniam non attenduntur, nec poſſunt conſtituere poſsidentes in aliqua poſſeſsione,& ſtatu manutenibili, *Cancer.variar.reſol.par.ſecunda cap.ſecundo de iuriſd.nu.127. & par.3.cap.4. de ſeruit.num.95.& ſeq. & cap.14.de manut.nu.72.Card.Mant.deciſ.207.num.10.Greg.XV. dec.4.num.ſecundo Card.Caualer.deciſ.634.nu.10.Reg.Tapia.deciſ.ſuprem.conſ.Ital.23.num.30.& Lancellot.de attent.par.ſecunda cap.4.de attent.lite pend.limit.prima num.111.& ſeq.* in noua impreſsione,*& in veteri nu.88.89.* dicens quod ſi alicui data eſt tenuta, cuius occaſione fuerit ſtatim lis introducta, non poteſt hac lite pendente

ha-

habere hanc tenutam, & sub prætextu continuationis excusari ab attentatis, multo ergo minus excusari potest Ducissa cum omnes illius actus possessorij, qui leguntur in processu euidenter sint gesti per plures dies post motam litem.

Tertio principaliter opponitur Ducem non citatum, non possessorem, non habentem titulum consimilem, non esse legitimum contradictorem.

Dux licet non possidens est legitimus cõtradictor.

Cui obiecto respondetur primo, quod Dux etiã nõ possidens est legitimus contradictor vt post *Andr. de Isern. Zuccard. Campeg. Gozad.* & alios tenent *Iacob. Gall. cons. 64. nu. 33. D. Rouit. cons. 4. nu. 1. & secundo volum. 1. Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 53. num. 3. cum seq. vbi litt. E.* recenset DD. qui contra allegãtur, loqui in remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. Toll.* & non in materia feudali, quod etiam aduertit *D. Rouit.* assignantes rationem differentiæ inter vnum, & alterũ remedium. Imò si obseruetur *Isern. in d. §. inter filiam* clarissimè colligemus, quod ponit casum, & sensum illius tex. etiam filia manente in possessione, ibi *mortuo feudatario filia tenebat quodam prædium*, & tamen concludit agnatum posse incontinenti docere de exclusione filiæ ad impediendam iuridicam immissionem, ex quo plura resultant. Primo agnatum nõ possessorem esse legitimum contradictorem. Secundo etiam contra filiam possidentem contradicere, & de non iure incontinenti docere posse. Tertio nihil filiam iuuare naturalem illam possessionem, seù tenutam, nec ad immissionem obtinendam, nec ad impediendam illam in beneficium agnati. Vnde sequitur exclusio filiæ ab immissione, & inclusio agnati ad immissionem nihil obstante naturali detentione filiæ, quę tanquam iniusta per probationem in promptu factam nihil penitus iuuat, idemque expressè sentiunt *Brun. cons. feud. primo num. 4. in fin. Campeg. ibidem cons. secundo num. 10. in fine, & Caualc. decis. 36. num. 449. & 450. cum seqq. par. 2. & decis. 20. nu. 26. par. 3.* & hinc emanauit practica S.C. admittendi etiam non possessorem agnatum ad contradicendum, vt testatur *Cons. Georg. alleg. 47. num. quarto, & quinto,* dicens *Sac. Cons. ità semper practicasse*, & confirmant passim Doctores præsertim *Peregrin. antiquiores referens consilio quarto num. 58. volumine primo, Marescat. lib. secundo resolut. 121. num. 28.*

Etiam in terminis §. inter filiam

Et etiam ex stilo S.C.

Secundo Dux est legitimus contradictor, quia habet titulum consimilem vocationis inuestituræ, & incontinenti docet de iure suo

Dux habet titulum cõsimilem.

G per

per comprehensionem, & vocationem inuestituræ,& legis Regni vt supra in primo articulo fundatum est, titulus enim consimilis dicitur, quando quis ostendit se esse vocatum in eisdem bonis, vt post *glo.& Ias.scribit Reg. de Pont. in cons.20.num.33.volum.primo,* & ad obtinendam, vel ad impediendam immisionem legitimus contradictor est, tum ille, qui docet se comprehensum,& etiam tacitè vocatum ab inuestitura, vt in puncto cum Molin.& Rouit. supra conclusimus, tum ille cui competit beneficium immisionis, *Menoch.de adipisc.remed.4.nu.633.vers.primo in illis casibus Cæsar Argil.de legitima contradict.q.2.num.155* tum denique ille qui allegat quid, quod est exclusiuum iuris aduersarij,& inclusiuum iuris sui *Crauett.in respons.pro genero num.400.Surd.decis.244.num.20. Menoch.cons.1.nu.325.Argil.d.q.2.nu.261.& seq.*

Et remediū immissionis ex quo fit legitimus contradictor.

Nec potest contrauerti, quin legitima sit contradictio,& liquida oppositio, quia Dux incontinenti docet de non iure filiæ,non quia offerat probare incontinenti exclusionem Ducissę, quod sufficeret, vt dicunt DD. omnes in d.§.inter filiam,sed quod magis rem indubitatam facit, quia incontinenti per liquidissimam probationem probatam,habet promptam exclusionem eiusdem in indiuiduo præsentis casus,hinc dixit *Reg.de Ponte decis.40.num.46.* circa finem,quod aliud est velle probare,& aliud afferre,& demonstrare probationem probatam,quæ vt subdit *num.7.* obstat in quibuscumque possessorijs, quoties palam facit de non iure petentis possessionem.

Contradictio Ducis est legitima,& liquida quia in incontinēti docet de non iure Ducissæ.

Quarto principaliter opponitur difformitas assensus, quia renunciatio fuit concepta *pro hæredibus,& successoribus quibuscumque* assensus vero *pro hæredibus ex corpore.*

Respondetur obiecto difformitatis assensus.

Cui obiecto respondetur primo, quod assensus in casu nostro non fuit requisitus de necessitate pro exclusione Ducissæ, cuius exclusionem nunc agimus, quia ad eam excludendam, quæ renunciatione propria se exclusit, non requirebatur assensus cum potuerit renunciando à successione se excludere sine assensu, vt pluries fuisse iudicatum in S. C. testantur *Frecc. de subfeudis lib. secunda cap.incipiente, pluribus autem modis, quod rubricat limitationes traditas ad constit.diu.mem.limit.24.num.73.& 74.Anna alleg.124.in repetit. diu.mem.à nu.228.ad nu.291. Dom.Rouit. in pragmat.prima de titul. abus.nu.117.& cons.31.à num.4.ad num.8.volum.1.Lanar.in repe. §.sed etiam res a nu. 28.ad 32.per quos fiat inuestit.addo nouissime Reg.*

Assensus pro exclusione Ducissæ non est necessarius.

Sa-

Salern. decis. 14. vbi fuit negata inuestitura iuxta ordinem successionis propter renunciationem factam successionis, quæ assensu carebat, quia non requirebatur, & Reg. Reuer. in suis decis. manuscriptis in decis. incip. Io. Franc. Balduinus petijt in Reg. Camera Camill. Medic. cons. 136. nu. 13. D. de Pont. in lect. feud. 18. nu. 18. de success. feud. & de potest. Proreg. tit. de refut. feud. §. 10. nu 28.

Secundo dicimus Regium assensum esse conformem, & sufficientissimum pro admissione Ducis, quia non est restrictus ad hæredes ex corpore Principis, vt pars præsupponit, sed clausula ex corpore apposita fuit hæredibus hæredũ, non hæredibus immediatis Principis, Verba enim Regij Assensus sunt hæc, *quæ omnia sint, & esse debeant prædicto Principi D. Michaeli Peretto*. ET OMNIBVS HIS QVORVM INTEREST VEL INTERERIT, *eorumque hæredibus, & successoribus ex corpore legitimè descendentibus secundum tamen Constitutiones, & intra Domini nostri Citerioris Siciliæ Regni stabilia, Realia, valida, & firma, &c.* Quare cum Rex primo dederit assensum omnibus habentibus, & habituris interesse in renunciatione Ducissæ, & hi sine dubio sint comprehensi in dispositione loquente de hæredibus, & successoribus quibuscumque conformis, non difformis est assensus, sic stipulatio, cuius forma strictissima est, valet, si præcedat petitio maior, & sequatur responsio minor, *l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. obligat. l. inter stipulantem 83. §. stipulante ff. eodem* ea ratione quoniam non dicitur dissensus dum in minori concurrit consensus omnium, quod etiam contingit in sententijs iudicũ, & arbitrorum *l. inter partes 38. in fin. ff. de re iudic. l. diem proferre 32. §. si plures ff. de recept. arbitr.* eadem ratione cum clausula, quorum interest, aut intererit extendatur etiam ad non expressos in dispositione, quorum potest aliquo modo interesse *Rot. Rom. decis. 728. num. primo in fine, & num. secundo par. prima nouiss. diuers. Alexand. consil. 29. num. quinto volum. tertio. Cæsar Manent. decisione 45. numero 31. Gratian. disceptation. 912. num. 13.* multo magis comprehendet omnes contemplatos in renunciatione; idcirco nulla penitus quoad Ducem considerari potest difformitas, quia renuncians renunciauit *hæredibus quibuscumque*, & sic etiam extraneis Rex autem consensit pro omnibus, quorum interest ergo Dux inclusus fuit tam in voluntate Ducissæ renunciantis, & petentis assensum, quàm in voluntate Regis concedentis, cum sua intersit tanquam vocati, & comprehensi in inuestituris, hanc renunciationem esse firmam, & stabilem.

Est etiam conformis, quia in concessione regis cũ clausula omnibus his quorum interest, aũt intererit concurrit consensus Ducissæ renũciantis pro quibuscũque.

Quoties

Assensus genericè petitus, & ad speciē restrictus nō difformis.

Quoties enim Assensus genericè petitus restringitur ad speciem nō dicitur difformis, *Camer. in cap. Imperialem pag. 56. in litt. R. dicens quod assensus est difformis quando contractus vnum continet, & assensus contrarium exprimit*, quia tūc *neutrum tenet, ex defectu voluntatis*, & quod assensus non possit dici difformis, quando non potest esse contrarietas in eo, quod in concessione non est expressum *scribit Camill. Medic. cons. 53. num. 9. & seq.*

Clausula & omnibus, quorū interest, &c. æquipollet clausulæ & quibuscumq;

His accedit, quod cum clausula quorum interest, vel intererit suffragetur quibuslibet, quorum interest *Ioan. de Amic. cons. 126. num. 5. Paris. cons. 82. num. 2. vol. 1. Bertaz. de claus. Instrum. claus. 18. glos. 5. num. 5. & seqq. Gratian. discept. forens. 683. num. 10.* & omnium quoquo modo contemplatorum in renunciatione intersit, & intererit, quod hæc renunciatio stabilis, sit Realis, valida, atq; firma, Rex dicendo: *& omnibus his, quorum interest vel intererit*, perindè est, ac si dixisset *et heredibus quibuscumq;* de iure successibilibus, ~~de iure successibiles, quorum~~ quia eorum omnium interest, ac intererit, renunciationem in suo semper robore, & firmitate persistere. Et assensus locum habet, vbicumque illius verba locum habere possunt ex *Andr. in cap. 1. col. 4. qui success. teneant: & Camerar. in cap. Imperialem pag. 44. lit. V.* Et petitio censetur cōcessa, non solum quando verba sunt clara, & aperta, sed etiam quando sunt equipollentia, *Camer. vbi supra pag. 59. col. 3. in fin. vers. 13. conclus. Vincen. de Franch. decis. 105. num. 5. & 6.* Prętertim quando aufert impedimentum non alienandi sine assensu, quia tunc tanquam gratia non est stricti iuris, sed in expressis latissimè interpretatur iux. *l. fin. ff. de constit. Princ. Camer. loco cit. pag. 63. lit. H. & I. Reg. de Pont. decis. 5. num. 4. & de potest. Proreg. tit. 6. de assens. Reg. sup. dot. num. 22. & cons. 76. num. 8 vol. 1. Marcell. Maur. allegat. 6. num. 10. Camill. Medic. cons. 58. n. 5.*

Princeps ... ettus ... nuncia... us po... assensū ... tiorem ... etrare ... imè dū ... o lędi...

Tertio Respondetur quod cōsensus *pro quibuscumq;* est datus D. Principi, à D. Ducissa in Renunciatione, quod si postea Princeps strictiorem assensum sibi impetrauit, quid ad D. Ducissam? Princeps enim potuit id facere, & Ducissa ex hoc non læditur, nec aufertur, aut excluditur aliquod Ius à contractu, sine quo Ducissa non fuisset renunciatura, quia Dux est de comprehensis tam in clausula quibuscūq; ...usula et, *omnibus, his quorū interest, etc.* & in indiuiduo his rationibus in fortioribus terminis, quod contractus præcedens *pro quibuscumq;* & assensus sequens *pro hæredibus ex corpore* non sit difformis, tenet *D. Rouit. cons. 12. num. 20. cum seqq. lib. 1. & cons. 76. num. 1. vers. ex aduerso cum duobus seqq. vol. 2. & bene cōfirmāt Gallup. in method. iur. feud.*

par. 2.

par.2.c.1.num.12. vbi post *Vinc.de Franch.decis.105.nu.4. vers.nec potest dicit* quod *difformitas tunc inducit inualiditatem, quando tendit in damnum dantis, & concedentis,* Idemq; si attentè legantur, dicunt DD.in contrarium allegati *Nam.Camer.in cap. Imperialem pag.56. col.4.in princ.& in medio,* loquitur quando qualitas omissa, ità, qualificat actum, vt vel inducat dominum ad consentiendum, vel impediat, ne consentiat, vel maiori cum difficultate, quod non applicatur casui nostro imò retorquetur, quia renuncians multo magis renũciasset sine qualitate, quæ prætẽditur submota, *Marin.Frec. de subfeud.lib.2.q.34.* expresè loquitur quãdo difformitas est præiuditialis donãti; qui aliter nõ erat donaturus, & in his terminis loquitur *Ann. alleg.36.num.12.& alleg.45.n.11. Vinc.vero de Franch. decis.154.num.4.& 5.* loquitur de difformitate damnosa, & de directo contraria voluntati Baronis, qui in concessione diminuerat adoham, & Prorex assentiendo dixit, *Itaquod Ius adohæ debitum Regiæ Cameræ per Principem non diminuatur*, in hoc vero casu conditio Ducissæ facta fuit melior, non deterior ex supra ponderatis.

Quarto Respondetur D.Ducissam renunciasse allodialia, & feudalia, D.Principi, *eiusq; successoribus quibuscumq;* respectu allodialiũ, clausula *quibuscumq;* se extendit ad omnes, etiam extraneos; sed respectu feudalium recipit interpetationem *de quiquscumq; quamuis non sint de corpore, dummodò sint successibiles, secundum iura feudalia, vel leges Regni,* quia actus contrahentium semper debent ita intelligi vt minus lædant ius commune, *Card.Mantic.alios referens de tac: conuent.lib.3.tit.7.num.17.& sint minus damnosi promittenti arg. l.semper in stipulationibus 35.ff.de reg.iuris, Mantic.d.tract.lib.2.tit.4. num.59.* modo intelligendo hanc clausulam, *quibuscumq;* extensiuè ad extraneos respectu allodialium, non corrigitur ius commune, & extensiuè ad quoscumq; licet non descendentes ex corpore Principis, sed succesibiles respectu feudalium, non corrigitur ius commune, nec Regni, & pars minus læditur, cum simus in his, qui succedunt ex leg.inuestituræ, & Regni, Ergo sequens asensus in contractu continente clausulam *quibuscumq;* tàm ad feudalia, quàm ad allodialia respectu feudalium, in quibus fuit impetratus existit conformis, quia fuit præstitus, *pro quibuscumq; quorum interest aut interesse poterit,* quæ interpretatio in consona iudiciari non debet, quia hæc clausula respectu allodialium potest stare propriè, & largè ad extraneos; & respectu feudorum non ita latè ad propinquos, successibiles tantum, vt est *Glos.notabilis in l.24 in verbo manumitti ff.de offic.*

Clausula quibuscũq; in renũciatione de bonis allodialibus, & feudalibus diuersimodè intelligitur, & Rex assentiẽdo quoad feudalia pro omnibus quorũ intereit nõ discrepat à contractu.

offic pro consul. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 21. 22. & seqq. maxime cum in contrarium non adsit voluntas renunciantis formaliter repugnans, quæ repugnantia omninò necessaria videtur pro arguenda difformitate, ex supra allegatis, quæ eo magis procedunt, quia clausula, *quibuscumq;* in materia feudali secundum verã interpretationem intelligitur de habilibus, & capacibus *Iacob. de Sancto Georg. de feud. in verbo, & quibuscumq;* quem sequuntur plures DD. quos referunt & sequuntur *Menoch. cons. 61. num. 25. vol. 1.* & plenissimè *Ludouic. Sacc. resp. 3. num. 46. & seqq. vol. 1.*

Confutantur principaliores authoritates ex aduerso allegatæ.

Quinto, & vltimo loco confutandæ sunt nonnullæ authoritates, quæ pro parte allegantur vt punctuales, & tamen vel non applicantur casui nostro, vel contra Ducissam retorquentur.

Theorica castrẽsis retorquetur.

Nam primo citat *Paul. de Castr. in l. si scriptus 11. C. de probat.* cuius doctrinam SOLEMNEM vocat, præsupponendo, eum dicere *Quod etiam si oppositores velint STATIM probare de incapacitate hæredis non valent impedire immissionem.*

Sed hæc authoritas deficit in pluribus, Nam primo illa dictio STATIM, in qua consistit tota vis, est verbum Partis, non Pauli, quia nec in meo, nec in alijs libris, quos vidi, legitur; & ideo non applicatur huic casui, in quo incontinenti, & statim affertur probatio probata.

Secundo quia loquitur de hærede scripto habente apertam probationem voluntatis defuncti, cui fauendum est, Nos vero habemus voluntatem defuncti contra filiam in instrumento renunciationis tàm enixè expressam.

Tertio quia bene põderatus retorquetur, tũ quia ibi se remittit ad dicta *in l. 2. C. de edic. diu. Andr. toll.* vbi decedente textu vitiũ testatoris inuisibile non impedire immissionem hæredis (*Castr. sub num. 1. in medio,*) limitat procedere, si contradicens non offerat probationes incontinenti, quia talis offerens audiri debet, quod etiam ibidem scribunt *Alex. & Bal.* tum quoniam Castr. excipit defectum visibilem, per quem hæredi non est danda immissio, qui defectus cõcurrit hic, dum legimus in instrumento renunciationis, pactum exclusiuum filiæ in indiuiuiduo præsentis casus.

Medoch. retorquetur.

Secundo citat *Menoch. cons. 180. nu. 30. & 31. volum. secundo,* qui etiã euidenter retorquetur, quoniam licet *d. nu. 30.* motiuando referat aliquos dixisse, spurium legitimatum, & hæredem institutum immittendum esse in possessionem; attamen resoluendo postea hæc motiua, latissimè *num. 49. & seq.* Respondet cunctis in contrarium

alle-

allegatis, dicens ea *procedere quando quæ obijciuntur requirunt altiorem indaginem, & nu.* 52. confirmando veram interpretationem supra à nobis datam *d.* §. *inter filiam*, dicit illum procedere in suo casu, quia fieri potest, quod bona illa prætensa à filia sint allodialia; vt de iure præsumitur, vel sint eius generis feudorum, ad quæ fęminę admittuntur, & num. 81. repetit, & confirmat, quæ scripsit *de adipiscenda remed. 4. nu. 381. vbi decidit casum nostrum*.

Tertio citat pro decisione punctuali causæ *decisionem Rotæ Rom. 47. impressam post tractatum de legit. Merlin.* quæ tamen ad rem non facit, quia ibi mulier renunciauerat bona paterna, quæ per mortem patris deuenerant ad fratrem, mortuo vero fratre, renuncians petebat immitti in possessionē vna cum alijs sororibus, contra eam opponebatur de renunciatione, ipsa vero replicabat se renunciasse bona paterna; non fraterna, & bona paterna adita hæreditate per fratrem, fuisse effecta fraterna, fuit decisum pro immissione filiæ, quia erat valdè dubium, an renunciatio de bonis paternis extenderetur ad bona fraterna, quæ decisio non potest induci ad hunc casum, tum quia agitur de immediata successione patris, tū quoniam nulla cadit dubitatio, an renunciatio comprehendat casum iam euentum, cum expressè deductus sit in pactum. Decis. Rot. Ro. apud Merlin. ad rem non facit.

Quarto citat *Reg. de Ponte cons. 24. lib. secundo.* Qui tamen præter multa diuersa à casu nostro, quæ colliguntur ex eius lectura duplici ratione non applicatur casui nostro, primo quia ipse ibi in fine fatetur, quod ea, quæ proponebantur requirebant altiorem indaginem, & probationem, ideoque reiecta ad petitorium. secundo, quia ibi agebatur de casu simili supradictæ decisioni Merlini, vt clarè colligitur ex *Iacob. Gall. qui in eadem causa scripsit cons. 64. in princ.* Et sic an renunciatio facta in hunc casum extendatur ad alium, in hoc verò casu, nec probatio requiritur, nec aliqua extensione indigemus. Reg. de Pōte non applicatur casui nostro.

Quinto, allegat obseruantiam causæ status Montisferrati, in qua fœmina fuit immissa in possessione dicti status, sed hæc quoque ad causam nostram non infert, quia *Soccin. iun. cons. 75. num. 8. & 19. vol. 1. qui primus*, scripsit in dicta causa, & *Alciat. cons. 3. lib. 3.* qui post alios consuluit, aduertunt oppositionem, quæ contra immissionem obijciebatur, nullatenus in continenti fuisse probatam, imò vt ipsi dicunt, id erat impossibile, vt punctualiter dicit *Soccin. d. nu. 19.* Sicuti nec obseruantia status Montisferrati.

Sexto, loquens de §. inter filiam concludit Ducissam esse immitten-

dam possessionem feudorum, NON OBSTANTE SVA CLARA EXCLVSIONE, & vltra *Regentem de Pont. & Soccin.* supra ponderatos, allegat *alios xx. DD.* Ex quibus, ne vnus quidem adest, qui id dicat: *Imo Gozad. Argil. Menoch. Rosental. Hartman. Pistor.* expressè contrarium firmant, & ex reliquis aliqui nihil dicunt, aliqui verò loquuntur quando sumus in dubio, an bona sint allodialia, vel feudalia, & quando incontinenti de non iure filiæ probari non potest, vt ex eorum lectura vnicuique constabit, & li t aliqui dicant filiam esse immittendam, etiam si constet de feudalitate, attamen aliud est dicere, quod filia sit immittenda, licet constet de feudalitate, & aliud dicere, quod sit immittenda etiam clara existente illius exclusione, vt ex aduerso dicitur, quia euidentia feudalitatis, non infert claritatem exclusionis, cum ex multis causis, & in pluribus casibus fœminæ sint, & possunt fieri capaces feudorũ, quod euidenter docent ijdemmet DD. dicentes filiam esse immittendam, quamuis constet de feudalitate, *dummodò alleget aliquem titulum ità verosimilem vt reddat Iudicem dubium, alioquin deneganda sit immissio,* & sic præsupponunt exclusionem filiæ esse dubiam, non claram.

Repugnat DD. etiam ex aduersis allegatis, ꝙ filia sit immittenda quamuis clara sit illius exclusio.

Septimo loquens de contingentijs casuum præsupponit incapacitatẽ personæ non impedire immissionem, sed reseruari in petitorio, & tamen, si hæc exceptio statim probetur; certi iuris est, quod impedit immissionem, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 753. iuncto num. 759. & in cons. 304. nu. 67. vol. 4. Palaez Meierez de maiorit p. 3. q. 15 nu. 75. Argil. de legit. contradict. q. 2. nu. 234.*

Incapacitas personę incontinenti probata impedit immissionem.

Et licet vltra *Castrens. Merlin. & Regentem de Ponte* supra ponderatos addat quamplures alios DD. tamen neminem vidi, qui dicat id, ad quod allegatur; sed *Ruin. Roland. & Contard.* loquuntur quando adest arduum, perplexum, & inuolutum Iuris dubium, requirens altissimã indaginem, vt in indiuiduo his tribus respondet *Laderch: cons. 123 num. 5. vers. denique si vera esset,* In eisdemque terminis loqui *Soccin. iun. Bero. Rimin. Iun.* constabit ex eorum lectura, *Burtat. verò, & Peregrin.* clarius pro nobis loqui non possunt *Palaez d. q. 15 num. 47.* dicit quidem quod prætendit Pars. *sed num. 75. limit. dicta d. nu. 47.* sicut etiam *Raudens. de analog. lib. 1. cap. 36. num. 73.* firmat exceptionem in capacitatis non impedire immissionem, sed *n. 94* limitando contrarium firmat, quando in continenti probatur.

DD. ex aduerso citati pro confirmatione cõtrariæ opinionis, vel loquuntur in diuersis terminis, vel pro nobis militãt.

Octauo, allegat *Hartman. Pistor. lib. 4. quæst. 6. num. 60.* præsupponens, ꝙ dicat, quod in dicto pacto renũciationis successionis ex testamẽ-

to,

to, & ab inteſtato cum pacto ſubſiſtentiæ renunciationis, etiam ſi non ſuperſint liberi, quod adhuc renuncians poſſit ſuccedere, non extantibus filijs, quod eſt abſurdum, cum certum ſit. *Hartaman.* oppoſitum dicere, nempè quod quando renunciata eſt ſucceſſio ex teſtamento, & ab inteſtato cum pacto, & declaratione ſubſiſtentiæ renunciationis, etiam ſi non ſuperſint filij, nullatenus ſuccedet renuncians, ſed quod ſuccedet quando fuit renunciatum ad liberam diſpoſitionem paternam, ſine mentione ſucceſſionis ab inteſtato, tunc enim nulla facta diſpoſitione per patrem, ſuccedet filia, quæ in hunc caſum non renunciauerat, & quod hic ſit verus ſenſus Hartaman. oculariter legenti conſtabit.

Hartam. Pi-ſtor non benè alleg. ∙ quia clarè contra Ducissā in casū nostrum decidit.

Ex quibus omnibus liquido conſtat aperta, & clara Iuſtitia Ducis Bracciani, quæ clarior, & lucidior redditur ex notoria iniuſtitia Dominæ Duciſſæ Aritiæ, quare *vt pacta ſeruentur*, vt *iuramenta ligent*, vt *authoritas Regum vigeat*, vt *promiſsiones Principum d'oſſeruare, & fare oſſeruare facta ſotto parola di Cauagliere inuiolabiles ſint*, vt *impleatur enixa, ac notoria voluntas Domini Principis Peretti, erga hos dilectiſsimos Nepotes*, vt denique *prouiſio ſpecialis caſus iam euenti ſuum ſortiatur effectum*, omninò pro Duce pronuntiandum erit, prout ab eruditiſſimis, & integerrimis Iudicibus ſperatur, &c.

Quod pro Duce pronūciandum ſic ſuadent vis pactorū vinculum iuramentorū authoritas Pricipū. & enixa voluntas Principis defuncti.

Octauius Curinus Aduocatus.

to, & ab intestato cum pacto substantiæ renunciationis, etiam si non superslint liberi, quod adhuc renuncians possit succedere, non extendatur filijs, quod est absurdum, cum certum sit, [illegible] oppositum dicere, nempè quod quando renunciatum est succedere ex testamento, & ab intestato cum pacto, & decisa actione substantiæ renunciationis, etiam si non superslint filij, nihilominus succedere renuncians, seu quod succedet quando fuit renunciatum ad [illegible] ram dispositionem [illegible], sine mentione successionis ab intestato, tunc enim nulla facta [illegible] partem, succedet filia, quæ in hunc casum non renunciauerit, & quod hic sit verus sensus [illegible] man. oculariter legentis [illegible].

Ex quibus omnibus liquidè [illegible], & clara Iustitia Ducis Bracciani, quæ clarior, & lucidior [illegible] ex notoria [illegible] Domini mine Ducissæ Atticæ, quæ [illegible], vt [illegible] vt [illegible] Regem [illegible] [illegible] [illegible], vt [illegible] [illegible], ac notoria [illegible], vt denique [illegible] omninò pro Duce [illegible] mis & integerrimis Iudicibus speramus, &c.

Oblatus Curiæ [illegible].